


LYRA PROPHETICA DAVIDIS REGIS:

Sive

ANALYSIS CRITICO-PRACTICA PSALMORUM:

In qua omnes & singulæ voces *Hebrææ* in *Psalterio* contentæ, tam Propriæ quàm Appellativæ (nullâ exceptâ) ad Regulas Artis revocantur; earúmque significationes genuinæ explicantur: Elegantiæ Linguæ propriè evolvuntur. Insuper Harmonia *Hebræi* textûs cum Paraphrasi *Chaldæa*, & Versione *Græca*, LXXII. Interpretum, in locis, sententiis discrepantibus, fideliter confertur. Cui ad calcem addita est *Brevis Institutio Linguæ Hebrææ & Chaldææ*.

Studio & vigiliis

VICTORINI BYTHNERI,
Poloni, Linguæ *Hebrææ* Professoris.

Opus novum: nec antè in tali forma tentatum; in quo quid præstitum, Præfatio ad Lectorem indicabit.

TIGURI,
Ex Typographeo Bodmeriano.
M DC LXXXXV.

Esa. 24. 15.

בָּאֻרִים כַּבְּדוּ יְהוָה

In ipsis ignibus celebrate Jehovam.



Almæ Màtri,

ACADEMIÆ OXONIENSI,

Linguæ Hebrææ antiquissimæ cultrici; *

in eáque,

Honoratissimo D^no^ CANCELLARIO,

Insignissimo D^no^ VICECANCELLARIO,

Cæterísque

Reverendis & Clarissimis Dn. Doctoribus, & Professoribus: Collegiorum & Aularum Præsidibus, Rectoribus, Custodibus, Magistris & Præfectis; totíque coronæ studiosorum lectissimæ.

Tenuem hunc obscurúmque laborem, perpetuæ tamen observantiæ

MON. LIB. MER. D.D.

VICTORINUS BYTHNER,
olim in Æde Christi, Linguæ
Hebr. Prælector.

---

* Concilio Viennensi & Lugdunensi, (circa An. 1308.) sancitum est, *ut in Academiis, Romana, Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi, & Salamantica, in singulis sint duo Professores Linguæ Hebrææ, Arabicæ & Chaldææ.*



Lectori benevolo ſalutem.

IN lucem *uſúmque communem prodit nunc* Analyſis Critico-Practica libri Pſalmorum, *quam emitto, vel, potiùs præmitto aliis, quæ in cæteros libros Vet. Teſt. Deo adnuente, daturi ſumus. I, mi liber, ad incerta itinerum exploranda, perſcrutare, quínam amici, & qui hoſtes, qui laquei, & quæ inſidiæ; ut vel tutò poſthæc in Famæ campum prodeamus, vel in fidis ſilentii caſtris quieſcamus: at nunc, utcunque res cadet,* ἐρρίφθω κύβος (jacta eſt alea.) *Et ne te lateat, Lector, propoſiti noſtri ratio, hæc tene.*

Primò, quòd omnes voces Pſalterii, ſecundùm ἀκρίβειαν *Grammatices, enucleavimus, etiam minutiſſimas; ídque eo conſilio, ut non ſolùm eos, qui vocalis Magiſtri operâ utuntur, alacriores in hoc ſtudio reddamus, verùm etiam, qui mutos adire coguntur, brevi temporis intercapedine,* עם אֳנִיוֹת אֵבֶה navibus deſiderii (*Job.9. v.26.*) אֶל מְחוֹז חֶפְצָם ad portum oblectationis ipſorum, (*Pſal.107.v.30.*) *provehamus.*

Secundò, ipſos fontes Hebræos per rivulos diduximus, i. e. expoſitionem ipſarum vocum, ex probatiſſimis Grammaticis & Lexicographis, nec non affinium Linguarum, Chaldææ, Syræ nonnunquam & Arabicæ, collatione, additâ inſuper Græcâ LXXII. in locis diſcrepantibus, interpretatione: ita ut vel hinc pateat ſtudii hujus Linguæ neceſſitas ſumma. Etſi enim extant interpretationes neceſſariæ populo, & profectò non contemnendæ, (inquit Phil. Melanch-

lanchton) tamen Deus ſemper vult , teſtes illarum interpretationum eſſe. Nec te offendat , Lector , in Latina verſione dictionum quaſi inconcinna quædam combinatio ; nam Hebraiſmi hic rationem habere voluimus , non verò Latinitatis.

Tertiò , Indicem omnium & ſingularum vocum Pſalterii conſtruximus , idque non ſine labore & tædio noſtro magno ; at cum tuo (Lector) fructu : cùm enim videas , aliquas voces in verſibus , vel integros verſus in Pſalmis , aut etiam totos Pſalmos omiſſos , ſit tibi Index , illa omnia jam in prioribus Numeris fuiſſe tractata, unde eorum interpretationem petes.

Quartò ipſi Indici Clavem Pſalterii ſubijcimus, h. e. 564. *verſiculos ex Pſalmis decerptos , in quibus omnes & ſingulas voces Pſalmorum , uno quaſi ictu oculi , intueri potes : quos ſi probè memoriæ mandaveris , crede mihi , magno tibi adjumento ad intelligenda integra Biblia erunt ; & verè verum experieris illud :* دَامْلَةٌ بَدَامْلَةٌ كُولْ لُولُورْ اِكْلَمَهْ gutta cum gutta lacum facit. *Nam omnes voces Radicales , tam Hebrææ , quàm Chaldææ , in Bibliis juxta ordinem Buxtorfii , ſunt* 2127. *ex quibus , ſubtractis Chaldæis* 260. *integer numerus purè Hebraicarum manet ,* 1867. *at ex eis in hiſce verſiculis reperies* 1184. *(non , ut Toſſanus , qui aliquas omiſit ,* 1171. *)*

Denique ad calcem libri Inſtitutionem Linguæ Hebrææ

Hebrææ & Chaldææ addidimus, utramque succinctam, at ad has Linguas sufficientem. Et quidem Grammaticæ Hebrææ præmissum est Sceleton, quo Lectorem, probè intellecto shemate Conjugationum, pag. 15. proposito, uti potiùs, quàm ipsâ Grammaticâ (compendii ratione habitâ) vellem; cætera usui, qui optimus est magister, committenda.

Et hæc sunt, quæ te paucis scire volui, Lector, ut his faveas, & peregrinum hoc idioma consideres, non ut Æneas, visis Vulcanianis armis, Miratur, rerúmque ignarus imagine gaudet *(lib.8. Æneid. in fine) sed ita, ut legendo artifex efficiaris.*

Vale



ספר תהלים

Liber *Psalmorum*, Act.1.20. Hebræis inscribitur סֵפֶר תְּהִלִּים *liber hymnorum*, sive *laudum*, eò quòd potissimùm in eis divinæ laudes, celebrentur, & gratiæ pro acceptis beneficiis Deo agantur. Qui titulus sumptus videtur ex inscriptione Psal.145. תְּהִלָּה לְדָוִד *Laus Davidis*, qui totus Psalmus nil nisi laudes Dei recenset. Græcis, etsi impropriè, dicitur *Psalterium*, quæ appellatio etiam apud Latinos invaluit. Propriè autem Psalterium est instrumentum musicum decachordum, superiùs ventrem habens concavum, formâ referens Græcorum Δ majusculum: Hebræis נֵבֶל vocatur, ad cujus sonum Psalmi Davidici in templo decantari solebant. Partiuntur autem Hebræi Psalterium in quinque libros: quorum tres priores finiunt in אָמֵן וְאָמֵן *Amen & Amen* Psal.41.vers.ult. Psal.72.vers.penult. Psal.88.v.ult. Quartus in אָמֵן הַלְלוּ־יָהּ *Amen Hallelujah*, Psal.106. vers.ult. Quintus in solo הַלְלוּ־יָהּ *Hallelujah*, Psal.150. vers. ult.

Psal.

ANALYSIS CRITICO-PRACTICA Psalmorum.

Psalmus I. א

1 אַשְׁרֵי) *Beatitudines*, vel adjectivè *Beatus*, ut LXX. μακάριος, Targum טוּבֵיהּ *Beatitudo ejus*. Est nomen pl. masc, absque sing. idque in Regimine, Regul. 34. Legitur 26. vicibus in Psalmis, sed semel tantùm cum Affixo אַשְׁרֶיךָ *Beatus tu*, scil. eris, Ps. 128. 2. Potest etiam אַשְׁרֵי exponi adv. *Bene, beatè, Feliciter*, ô quàm prosperè cum eo agetur. Eleganter occurrit cum ellipsi sequentis Nominis אַשְׁרֵי תִּבְחַר *Beatus*, (ille) vir, quem Ps. 65. 5. *elegeris*. Radix est אָשַׁר *Beatè incessit, Recto pede ambulavit*, sicque congruit cum יָשַׁר *Rectus fuit*, commutatis literis א & י R. 2.

2 הָאִישׁ *Illius viri*, אִישׁ *Vir*, generaliter *Homo*, ut 1. Chr. 16 v. 21. *Non permisit* לְאִישׁ *Viro*, quod Ps. 105. 14. redditur, *Non sivit* אָדָם *Homini nocere illis*. Item *Vir* i.e. quilibet, ut Ps. 12. 3 *Loquuntur vanitate* אִישׁ *Vir*, i.e. quilibet. Item *Vir*, i.e. virili animo præditus, Magnas, ut Ps. 49. 3. *Filii hominis & filii* אִישׁ *Magnatis*, Nobiles. Dicitur etiam de aliis rebus, ut Ps. 80 18. *Sit manus tua super* אִישׁ *Virum dextræ tuæ*, id est, vitem, quam plantâsti. Legitur in Psalmis cum sex Præfixis מֵאִישׁ *à Viro*. (ubi מ cum (··) ob indageshabilem, R. 74.) הָאִישׁ *Ille vir* (cum ה Emphat. R. 76.) וְאִישׁ *Et vir*, לְאִישׁ *Ad virum*, vel *Viro*, בְּאִישׁ *In virum*. כְּאִישׁ *Sicut vir*. In plurali אִישִׁים *Viri*, extat semel Psal. 141. 4. pro quo usitatius est אֲנָשִׁים *Viri, Homines*.

3 אֲשֶׁר) *Qui* Pron. Rel. indecl. *qui, quæ, quod*: aliquando Conjunctio, *quoniam, quòd, ut*.

Etymon hujus vocis invenire, haud facile est. Habet Synonyma, ה R.76. & שֶׁ R.75. ה Relativũ semper in casu recto ponitur, secùs, quàm אֲשֶׁר & שֶׁ Legitur cum duobus Præfixis, וַאֲשֶׁר *& quod*, vel, *& qui*, כַּאֲשֶׁר *secundùm quod*.

4 לֹא) *Non*. Cum Verbis, est prohibendi & negandi adv. cũ subst. *Sine*, *Absque*, ut Ps. 17.1. בְּלֹא *In non labiis*, i.e. absq; In tota S. Scriptura occurrit tantùm 35. vicibꝰ cum ו in medio, h. m. לוֹא. Legitur in Psalmis cum 4. Præfixis שֶׁלֹּא *quòd non*, הֲלֹא annon? cum ה Interrogativo, R.77. *&* הֲלוֹא Ps. 44.22. וְלֹא *& non* בְּלֹא *in non*.

5 הָלַךְ) *Ambulavit, Ivit, Incessit*; metaph. usurpatur de vita, moribus & actionibus. In Psalmis in Præt. Kal. flectitur sic: הָלַךְ *ambulavit*, הָלַכְתִּי *ambulavi*, הָלְכוּ *exiverunt*: & in pausa converso (:) in (ָ) R. 132. הָלָכוּ *ambularunt*, Psal. 119.3.

6 בַּעֲצַת) *In consilio* A יָעַץ *consuluit*, Nom fœm. abjecto (י) R.161. n.1. עֵצָה *consilium*, tam id, quod consulitur, quàm, quod efficitur consilio. In Regimine converso ה in ת R.34. & (..) in (:) R.116. sub gutturali in (-:) R.12. fit עֲצַת *consilium*. In Psalmis legitur cum duobus Præfixis, ו *Et*, בְּ *In*, quæ habet sub se (-) ob sequens (-:) R.43. In pl. facit עֵצוֹת *consilia*.

7 רְשָׁעִים) *Improborum*. A רָשַׁע *condemnare*, *injustum comprobare*, est verbum forense cui opponitur צָדַק *justificare*. Hinc, *Inquietum esse*, quòd injustus corpore, vel saltem conscientiâ, quiescere non potest. Unde Nomen radicale רָשָׁע LXX. ἀσεβὴς, *improbus, inquietus, turbulentus*, ut mare propulsum. Esa. 57.20. Cum Præfixis, מֵרָשָׁע *ab improbo*, הָרָשָׁע *ille improbus*, וְרָשָׁע *& improbus*. לָרָשָׁע *isti improbo*, (excluso ה Emphat, R.81.) וּלְרָשָׁע *& isti improbo*. In pl. mutato (ָ) in (:) R.114. facit רְשָׁעִים *impii*. Cum Præfixis, מֵרְשָׁעִים *ab improbis*, הָרְשָׁעִים *isti improbi*, וּרְשָׁעִים *& impii*; וְלָרְשָׁעִים *& ad istos impios*. In Regimine, converso ים in י R.34. & (ָ) in (:) R.

(:)R.114.ex priori(:)fit(·)R.6. facítque רִשְׁעֵי *impii*, Pſ. 75.9.

8 וּבְדֶרֶךְ) *Et in via.* A דָּרַךְ *calcavit*, fit דֶּרֶךְ *Via*, It. *Mos, Conſuetudo, Studium*, &c. quæ ſunt quaſi viæ hominum, per quas incedunt, verſantúrque. Eſt nom. com. gen. R.26. In pauſa, mutato priori (ֶ) in (ָ) R.131. fit דָּרֶךְ Cum Præfixis, מִדֶּרֶךְ *à via, propter viam*, וְדֶרֶךְ *& via*, בְּדֶרֶךְ *in via*, בַּדֶּרֶךְ *in hac via*, excluſo ה Emphat. R.81. וּבְדֶרֶךְ *& in via*, ubi ו ante Labialē cum וּ R.78.

9 חַטָּאִים) *Peccatorum.* A, חָטָא *peccare, à ſcopo aberrare* nomen pl. maſc. abſq; ſing. ex conjug. Pihel deductum, ideóque ſignificationem intendit, ac habitum denotat: חַטָּאִים *habituales peccatores*, qui in quovis opere faciendo delinquunt, ſed maximè, qui in Religionem divinam peccant. Legitur cum uno ſaltem Præfixo וְחַטָּאִים *& peccatores.*

10 עָמָד) *Stetit.* Præt. Kal. quod in Pſalmis flectitur ſic: עָמַד *ſtetit*, vel ab opere *deſtitit*; & in pauſa עָמָד converſo (ַ) in (ָ) R.131. עָמְדָה *ſtetit illa*, עָמְדוּ *ſteterunt*, & in pauſa עָמָדוּ converſo (:) in (ָ) R.132.

11 וּבְמוֹשַׁב) *Et in ſede.* A יָשַׁב *ſedit*, Nom. maſc. Heeman mutato (י) in ו R.161.n.1. מוֹשָׁב *ſedes*, quicquid ea ſit, ut puta domus, urbs, cathedra, locus, ubi quis ſedet, manet & habitat: ut עִיר מוֹשָׁב *civitas habitationis* i.e. habitabilis, Pſal. 107.4. Cum Præfixis, לְמוֹשַׁב *in habitationem*, וּבְמוֹשַׁב *& in conſeſſu*, Targ. וּבְסִיעַת *& in ſocietate* (ubi in Regimine, (ָ) ultimum tranſit in (ַ) R.114.)

12 לֵצִים) *Deriſorum.* A לוּץ *deridere, illudere*, (ſumitur ſemper in malum) fit לֵץ *deriſor, illuſor, ſophiſta*, q. ſermonis aptator & concinnator ad illudendum & decipiendum. In plurali לֵצִים quod LXX. vertunt λοιμῶν, *peſtium, peſtilentium hominum.*

13 יָשָׁב) *Sedit*, modò breviori, modò diuturniori tempore, *habitavit.* Præt. Kal. quod flectitur ſic: יָשַׁב *ſedit*, & in pauſa יָשָׁב R.131. יָשַׁבְתָּ *ſediſti*, יָשַׁבְתִּי *ſedi*, יָשְׁבוּ *ſederunt, ha-*

bitârunt וְיָשְׁבוּ *& habitabunt* Pſal. 69. 36. cùm ו Converſivo Præteriti, R. 79. יָשַׁבְנוּ *ſedimus.*

Verſ. 2.

14 כִּי אִם) *Sed, Quòd ſi.* כִּי *quia, quoniam,* Pſ. 1. 6. *Cùm, quando,* Pſ. 2. 12. *Quamvis,* Pſ. 25. 11. *Etſi* Pſ. 41. 5. Cum Præfixo, וְכִי *& cùm,* Pſ. 120. 7 אִם eſt conditionale, Si Pſ. 7. 4. At hæ duæ dictiones כִּי׀אִם aut ſunt disjunctivæ; *Quòd ſi, nam ſi*: vel ſumuntur adverſatè, *ſed.* Eſt verò hîc inter has duas voculas lineola perpendicularis (׀) dicta *Peſik* (pauſula) ſervítque Muſicæ.

15 בְּתוֹרַת) *In lege.* A יָרָה *jecit, projecit,* in Hiph. הוֹרָה *docuit, inſtituit*: Nom. fœm. Heeman. תּוֹרָה *doctrina,* in qua inſtituitur aliquis, q. verborum jactationem diceres: hinc ſumitur pro *Lege,* eò quòd recta doceat. In Regimine converſo ה in ת R. 34. ut תּוֹרַת *lex,* cum Præfixo בְּתוֹרַת *in lege.*

16 יְהוָה) Domini. Nom. Heemant formatum per (י) R. 23. (quâ literâ formari ſolent nomina propria apud Hebræos ut in Iſaac, Jacob, &c.) ab הָוָה vel potiùs הָיָה *fuit*; (ſunt enim iſtæ literæ ו & י ejus naturæ, ut facilè una in alteram commutetur. R. 2.) Eſt nomen Dei ſanctum ab eſſendo deductum, idem quod אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה *Ero, qui ero,* Ex. 3. 14. (ubi Futurũ juxta hujus linguæ conſuetudinẽ, rem perpetuam ſignificat: continet enim rationes Præteriti & Præſentis.) LXX. ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, *Ego ſum ille, qui eſt,* ubi participium ὤν Latinè reddi poteſt *Ens,* revera exiſtens, & ab idolis differens, quæ *non ſunt,* ſed finguntur. Vel Jehova poteſt dici *Eſſentiator*, quòd eſſentia & exiſtentia æterna ei ſoli excellentiſſimâ quadam ratione, (ut eſt pelagus omniũ perfectionum) ſit propria: & propter quem omnia, quæ ſunt ſunt & exiſtunt. Ab hoc etiam ſacro nomine Jehova, Gentilitatem nomen *Iovis* elicuiſſe, multi credunt: ac perinde, ut Hebræis Jehova dicitur ab eſſentia, ita etiam Græcis Jupiter ζεὺς à vita. Cæterùm hæc vox יְהוָה præcedente, aut ſequente nomine אֲדֹנָי punctatur יֱהוִֹה ad formam אֱלֹהִים quomodo quater legitur in Pſalmis, Pſ. 71. 5. 109. 21. 140. 8. 141. 8.

17 חֶפְצוֹ) *Oblectatio ejus.*

A חָפֵץ *voluit* fit nom. radicale quinque punctorum, חֵפֶץ *voluntas, complacentia*, &c. significat animi propensionem in aliquid. Legitur cum tribus Affixis, ob quæ (‥) penult. transit in (:) R. 116. & (‥) ult. in (:) R. 122. ac ex priori (:) fit (‥) R. 6. emanátque חֶפְצִי *oblectatio mea*. חֶפְצוֹ LXX. τὸ θέλημα αὐτοῦ, *voluntas ejus*. חֶפְצָם *oblectatio eorum*.

18 וּבְתוֹרָתוֹ *Et in lege ejus*. תּוֹרָה *lex* (suprà Num. 15.) cum affixis mutat ה in ת, R. 104. fítque תּוֹרָתִי *lex mea*, תּוֹרָתְךָ *lex tua*, Et in pausa, mutato (:) in (‥) R. 132. תּוֹרָתֶךָ. Cum Præfixis, Uno, מִתּוֹרָתְךָ *de lege tua*, & in pausa, מִתּוֹרָתֶךָ (ut antè) וְתוֹרָתְךָ *& lex tua*, כְּתוֹרָתְךָ *secundùm legem tuam*. Duobus, וּבְתוֹרָתוֹ *& in lege ejus*, וּמִתּוֹרָתְךָ *& de lege tua*. In pl. facit תּוֹרוֹת unde cum Aff. & Præf. וְתוֹרוֹתָיו *& leges ejus*, Pſ. 124. 45.

19 יֶהְגֶּה *Meditabitur*. A הָגָה quod primariò significat *Auferre, Removere*; pòst translatum ad locutionem internam, notat illum spiritûs impetum quem intra nos loquentes, q. removemus, emittimúsq; quod Latinis dicitur *Mussitare*, vulgò *Meditari*. Et quoniam locutionem expressam propriè non significat, ideò etiam tribuitur columbis & Leonib⁹, ac exprimitur per *Gemere*. *Rugire*. Fut. Kal. quod flectitur sic: אֶהְגֶּה *meditabor* (cum dagesh leni, R. 17. quiescente ה in (‥) R. 65.) יֶהְגֶּה *meditabitur*, masc. pro יֶהְגָּה R. 14. & sic in fœmin. תֶּהְגֶּה *meditabitur*, scil. lingua Pſ. 35. 28. In pl. יֶהְגּוּ *meditabuntur*, Targ. מְרַנְנִין *clamant* Pſ. 2 1. It. *mussitabunt*, Pſ. 115. 8. (pro יֶהְגֶּהוּ excluso ה R. 66.

20 יוֹמָם *Interdiu* יוֹם *dies* tam naturalis, quàm artificialis: & cum ם Heemanth. יוֹמָם *interdiu*, R. 23. b. מִיּוֹם *de die*, i. e. semper, omni tempore, quo otiosus est à negotiis

21 וָלָיְלָה *Et noctu*, לַיִל *nox*, quâ ululant bestiæ, ut mutuetur significationem à יָלַל *ululavit*. Est heterocliton, in sing. masc. in pl. fœm. Cum ה) paragogico, (quod ornatui tantùm servit) fit לַיְלָה mutato (·) sub (י) in (:) R. 124. servato ac-

centu in penultima, R.126. Et in pausa לָיְלָה converso (-) in (ָ) R.131. Cum Præfixis, וָלַיְלָה לְלַיְלָה & nox in noctem, Psal. 19.4. הַלַּיְלָה ipsâ nocte, Psal. 78.14. וּבַלַּיְלָה & in ipsa nocte, (Excluso ה Emphat. R.81.) In pausa, Et custodia. בַלָּיְלָה in ipsa nocte, Ps. 90.4. (in tres vigilias dividebatur nox) יוֹמָם וָלַיְלָה interdiu & nocte, Psal. 55.11. ubi ו ante accentum distinguentem. (Rebhia) gestat (ָ) R.78. Et in majori pausa, (qualis est Sylluk & Athnach) scribitur וָלָיְלָה In Pl. factâ vocalium crasi, fit לֵילוֹת noctes, R.124. Cum Præfixo, בַּלֵּילוֹת in ipsis noctibus, (excluso ה Emphat.) Psal. 92.3.

Vers. 3.

22 וְהָיָה) *Et erit.* Est tertia pers. masc. Præt. Kal. cum ו conversivo Præt. in Fut. R.79. Flectiturque sic הָיָה *fuit* ille (ubi ה quiescit in (ָ) R.65.) שֶׁהָיָה *qui fuit*, Psal. 124.1. (cum שׁ Relativo, R.75.) וְהָיָה *& erit*, (cum accentu Regio *Rebhia* R. 130. הָיְתָה *fuit illa*, (mutato ה in ת. R.65.) הָיִיתָ *fuisti*, (converso ה in (י) quiescens R.66.) הָיִיתִי *fui*, הָיִינוּ *fuimus*. In tertia autem pl. ה ante ו abjicitur R.66. fitq; הָיוּ (pro הָיְהוּ) *fuerunt*: quod additum Participiis, Præt. Imperfectum denotat, ac perseverantiam importat: ut עֹמְדוֹת הָיוּ *stantes erant* pedes nostri, id est, stabant, Ps. 122.2. Et sic in N.T. *Erat docens.* Mat. 7.29. *Erat baptizans*, Marc. 1.4.

23 כְּעֵץ) *Sicut arbor.* עֵץ *lignum, arbor*, Dicitur de ligno tam exciso, quàm plantato, exceptâ herbâ teneriori. Cum כּ similitudinis, R.80. (cui inuritur Dagesh lene, post Quiescentem accentu Regio notatum, R.17.) כְּעֵץ *sicut lignum* Targ. כְּאִילָן *sicut arbor.* In pl. facit עֵצִים *ligna*: & in regimine converso ים in י R.34. & (..) in Scheva compositum R. 116. fit עֲצֵי יַעַר *ligna silvæ* id est, arbores steriles & infructuosæ, Ps. 96.12. quæ Rabb עֲצֵי סְרָק *arbores vacuæ* dicuntur. עֲצֵי יְהוָה *ligna Domini* Psal. 104.16. Targ. אִילָנַיָּא דִי בְרָאיְיָ *arbores, quas creavit Dominus*, id est, quæ prove-

veniunt absque cultura humana.

24 שָׁתוּל) *Plantata.* A שָׁתַל *plantavit*; dicitur de arborum plantatione, quæ radicem habent, quomodo differt à נָטַע quod eſt latius. Pahul kal, שָׁתוּל *plantatus*, (quod paſſionem adhuc durantem notat.) In pl. שְׁתוּלִים *plantati*, Pſal. 92. 14.

25 עַל־) *Iuxta.* A עָלָה *aſcendit*, præpoſitio עַל, quæ pro natura orationis exponitur *Super, Supra, Iuxta, Contra, Apud, Ad, Verſus, In, Propter* Aliquando aſſumit (י) ad formã Nom. pl. in regim. R. 34. עֲלֵי *ſuper*, Pſal. 29. 5. Cum Præfixis וְעַל & וְעָלַי *& ſuper*, כְּעַל *ſicut ſuper*, Pſal. 119. 14.

26 פַּלְגֵי) *Rivos.* A פָּלַג *diviſit*, Nom. ſex punctorum פֶּלֶג *diviſio, rivus, fluvius*, quòd à fonte dividatur, vel quòd terram dividat: quâ de cauſa Mare Græcis Latiníſque voce Hebræâ *Pelagus* dicitur In pl. mutato priori (ֶ) in (ְ) & poſteriori in (ָ) R. 122. fit. פְּלָגִים *diviſiones*, It. *rivi*. Cum Affixo, פְּלָגָיו *rivi ejus*, In regimine, converſo (ָ) fit (ְ) R. 114. ex priori (ְ) fit (-) R. 6. emergitque פַּלְגֵי LXX. διεξόδους *decurſus*. Ubi nota, quòd Dagesh Lene hîc in litera ג poſt (:) quieſcens omittatur, quoniam hoc ſemper à literis *Begadhekephath* abeſt, cùm (:) quieſcens ortũ eſt ex vocali longa.

27 מַיִם) *aquarum*. מַיִם *aqua, & aquæ*, caret ſing. Forma autem Dualis notat *Aquas* ſuperiores in cœlo, & inferiores in terra, quas firmamentum, ſeu aër interjectus, diſtinguit. In pauſa ſcribitur מָיִם R. 131. Cum præfixis, *Supra montes ſtabunt* הַמָּיִם *iſtæ aquæ*, Pſal. 104. 6. i. e. aquæ pars ſupra aërem evecta. *Vox Domini ſuper* הַמָּיִם *iſtas aquas*, Pſal. 29. 3. *id eſt*, nubes וְהַמַּיִם *Et iſtæ aquæ, quæ ſunt ſuper cœlo*, Pſal. 148. 4. Targ. quæ ſuſpenſæ ſunt ſupra cœlum. כַּמַּיִם *ſicut iſtæ aquæ effuſus ſum*, Pſal. 22. 15. notat copiam. בַמַּיִם *in aquis*. *Contignat* בַמַּיִם *in his aquis cœnacula ſua*, Pſal. 104. 3. i. e. in nubibus. *Si tranſieris* בַמַּיִם *per has aquas*, Pſ. 104. 7. id eſt, pericula. וּבַמַּיִם *& in has aquas*. *Eripe me* מִמַּיִם *ex aquis multis*, Pſal. 144. 7. i. e. hoſtibus fortibus.

28 פִּרְיוֹ) *Fructum ſuum.*

A פָּרָה *fructificavit*, פְּרִי *fructus*, (ab Hebræa voce *viz.*) terræ, arboris, ventris, mutato ה in (י) R. 161. n. 3. פְּרִי הַבֶּטֶן *fructus ventris*, Psal. 127. 3. Targ. וַלְדֵי דִמְעָא fœtus ventris. Metaph. notat *Præmium*; ut, *Certè* פְּרִי *fructus est justo*, Ps. 58. 12. Targ. אֲגַר טַב *merces bona*. Est masc. sine plur. Cum Præfixis. מִפְּרִי *de fructu operum tuorum satiabitur terra*, Psal. 104. 13. id est; de pluvia descendente ex nubibus tuis. Cum affixis mutato (·) in (:) R. 123. ex priori (:) fit (·) R. 6. facítq; פִּרְיוֹ *fructus ejus*, פִּרְיָמוֹ *fructus eorum*, Ps. 21. 11. Targ. בְּנֵיהֶם *filii ipsorum*.

29 יִתֵּן) *Dabit*. A נָתַן *dedit, posuit, tradidit*, Fut. Kal. converso נ in dagesh. R. 69. & exit in (..) R. 108. flectitúrque sic: אֶתֵּן *dabo*, תִּתֵּן *dabis*, יִתֵּן *dabit*, תִּתֵּן *dabit* sc. terra, Ps. 85. 13. יִתְּנוּ *dabunt*. Cum Maccaph correpto (..) in (∴) R. 134. fit תִּתֶּן־ *dedisti*, יִתֶּן־ *dabit*. Cum ו copulativo, וְיִתֶּן־ *& dabit*, & cum ו conversivo Futuri, R. 79 וַתִּתֶּן־ *& dedisti*, וַיִּתֵּן *& posuit*, וַיִּתְּנוּ *& dederunt*. Cæterùm, hoc verbum נָתַן præcedente לֹא & sequente Infinito, notat *Concessit, permisit, sivit, passus est*; ut לֹא תִתֵּן *Non dabis sanctum tuum* לִרְאוֹת *ad videndum foveam*, Ps. 16. 10. id est, non sines, patieris. Et, מִי יִתֵּן *quis dabit*? Ps. 14. 7. idem est, quod *Vellem, Vtinam!*

30 בְּעִתּוֹ) *in tempore suo* A עָתַת *opportunè, tempestivè locutus est*. Nom. defect. עֵת *tempus* opportunum, sive idoneum, vel etiam malum. Cum Præfixis, בְּעֵת & לְעֵת *in tempore*. Cum affixis & pl. numero, assumit dagesh, ad compensandũ defectũ literæ absentis, & mutat (..) in (·) R. 125. fitque בְּעִתּוֹ *in tempore suo*. Et fit עִתָּם *tempus eorum in seculum*, Psal. 81. 16. id est, calamitas, pœna, Legitur in Bibliis cum duplici plur. sed in Psalmis in terminatione fœm. tantùm: עִתּוֹת *tempora*, לְעִתּוֹת *in temporibus. in angustia*, Ps. 9. 10. i. e. calamitatibus. Cum Affixo, *In manu tua*, עִתֹּתָי *tempora mea*, Ps. 31. 16. id est mala mea, afflictiones meæ, κλῆροί μου, *sortes meæ* forsitan legendum καιροί μου.

31 וְעָלֵהוּ) *Et folium ejus*.

A עָלָה *aſcendit*, עָלֶה *folium* ab aſcenſione, q. ſuprema pars arboris aut herbæ, quo proteguntur fructus. Cum Affixo. ה radicale tollitur, R. 103. fítq; וְעָלֵהוּ pro וְעָלֶהֵהוּ·

32 יִבּוֹל *Marceſcit*. A נָבֵל *marcuit, emarcuit, aruit* propter æſtum aut frigus: dicitur propriè de foliis, floribus, fructibus decidentibus, poſtquam omnem humorem amiſerunt. Eſt Fut. Kal. converſo נ in dageſh, R. 69. Legitur in Pſalmis in tertia perſ. tantùm, יִבּוֹל *flacceſcet*, Targ. folia ejus non נָתְרִין *decident*. In plur. *Filii alienigenæ* יִבְּלוּ *emarceſcent*, Pſ. 18. 46. Targ. יְסוּפוּן *conſumentur*. LXX. ἐπαλαιώθησαν, *inveterati ſunt*, (legerunt ſine dageſh, יִבְלוּ à בָּלָה *inveteratus fuit*.) (Et cum ן parag. R. 102. n. 5. יִבּוֹלוּן *marceſcent*, Pſ. 37, 2. In utroque autem exemplo, eſt ו pro (:) ob pauſam, R. 132.

33 וְכֹל *& omne*. A כָּלַל *conſummavit*, totum *abſolvit*, כֹּל *omne, totum, univerſum*; eſt maſc. ſine pl. ſed ſi jungatur plurali, *omnes, omnia, cuncta*. Cũ Præfixis, מִכֹּל *ab omni*. הַכֹּל *Univerſum illud, Univerſitas*, וְכֹל *& omne*. לְכֹל *omni*. וּלְכֹל *& omnibus*, בְּכֹל in omni. Et ex cluſo ה Emphatico בַּכֹּל *in hoc univerſo*, לַכֹּל *huic univerſo*.

34 יַעֲשֶׂה *Faciet*. A עָשָׂה *fecit*, Fut. Kal. ferè ut ſuprà, Nũ 19. ac flectitur ſic: אֶעֱשֶׂה *faciam bovem*, Pſ. 66. 15. id eſt, offeram (perinde ut apud Virgil. *Cùm faciam vitulam &c.* תַּעֲשֶׂה *facies*, יַעֲשֶׂה *faciet*, תַּעֲשֶׂה *faciet illa*. In pl. eliſo ה יַעֲשׂוּ *facient*: Et cum ו converſivo, וַיַּעֲשׂוּ *& fecerunt*: In quibus omnibus hoc notandum, quòd prima radicalis ע aſſumat Scheva compoſitum, in prima perſ. (ֱ) in reliquis (ֲ) punctuátque præcedentem ſervilem ſimili brevi puncto, Reg. 15. & 13.

35 יַצְלִיחַ *Proſperabitur*, i.e. quicquid arbor iſta produxerit, id feliciter creſcet, nam *non recedet* מֵעֲשׂוֹת פְּרִי *à faciendo fructum*, Jer. 19. 11. A צָלַח *felix, proſper fuit*, quicquid in animo erat, effecit proſperè. Fut. Hiph. יַצְלִיחַ cum (ַ) furtivo, R. 10. Targ. *Et omne germen ejus, quod germinat*, מְגַרְגַּר *gramineſcit*, וּמַצְלַח *& proficit*.

Vers.4.

36 לוא־כֵן) *Non sic.* A כון *firmum, rectum, bonum, aptum esse*, fit כֵּן *aptum, rectum, bonum*: sed sæpius transit in adverb. affirmantis, *sic, ita, taliter, similiter*, q. aptè, commodè, firmè, certè.

37 הָרְשָׁעִים) *Illi improbi.* Vide suprà, Num.7. הַ Emphatic. ante ר gestat (ָ) Vide Num.2.

38 כַּמּוֹץ) *Sicut hæc gluma.* מוֹץ nom. masc. sine pl. rarum, nam octies tantùm legitur in tota S.S. ejus etymon ignoratur, Latinis est *gluma, palea*, LXX. χοῦς *pulvis*. Convenit cum מָצַץ *expressit*, q. excussionem, vel expressionem, tritici diceres. Legitur in Psalmis bis cum Præfixo, כְּמוֹץ *sicut palea*, Ps.35.5. & כַּמּוֹץ *sicut hæc palea*, (excluso הַ Emphat.)

39 אֲשֶׁר־תִּדְּפֶנּוּ) *Quam dispellet illam.* A נָדַף *propulit, impulit, dispulit*, propriè dicitur de vento, qui rapta prosequitur, Fut. Kal. quod bis occurrit in Psalmis, idq; bifariam. Regulariter תִּנְדֹּף *dispelles*, Ps.68. 3. (ubi eleganter refertur ad Deum) Anomalos תִּדְּפֶנּוּ *propellet eam*, ubi נ radicale vertitur in dagesh. R.69. & ו ob affixum נּוּ migrat in (:) R.119. Notandus autem est hic pleonasmus Affixi, *quam dispellet eã*, qui ferè semper apud Hebr. est in usu, quando Pron, אֲשֶׁר obliquo casu effertur, R.37. cui similis extat in N.T. οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε, *Cujus vibice ejus sanati estis*, 1. Pet. 2. 24.

40 רוּחַ) *Ventus.* LXX *quam projiciet ventus* (addunt *à facie terræ*. Et sic etiam Arab Psalt. A רָוַח *Respiravit*, Nom com. gen. R.16. n.2. רוּחַ *spiritus, flatus, ventus*. Dicitur de rebus, quæ moventur, & non videntur, ut de *Spiritu, Anima Vento, Aëre*, & de *Affectibus animæ*, Psal.76. vers. ult. *Abbreviabit* רוּחַ *spiritum magnatum*, Targ. *Minuet* סוּרֵית רוּחֵיהוֹן *crassitiem spirituum ipsorum*, i.e. fastum, audaciam animi elationem. Legitur cum tribus Præfixis, מֵרוּחַ *à vento*, וּבְרוּחַ *in vento*, בְּרוּחַ *& in spiritu*. Cum Affixis autem (ַ) furtivum evanescit, R.10. fitque רוּחִי *spiritus meus*, רוּחֲךָ *tuus*, רוּחוֹ *ejus*, רוּחָם *eorum*, רוּחוֹ

in animo ejus, Pſ.32.2. מֵרוּחֲךָ *à ſpiritu tuo*, Pſ.139.7. cum (ָ) ob pauſam. In plurali, רוּחוֹת notat *ventos*, Pſ.104.4.

Verſ.5.

41 עַל־כֵּן) *Idcircò* Propriè, *juxta ſic*, vel, *ob ita*; idem quod לָכֵן *ideò, idcircò*.

42 יָקֻמוּ (Non) *ſurgent*, i.e. non ſtabunt, cauſâ cadent. Targ. יזכון (non) *juſtificabuntur*. LXX. οὐκ ἀναστήσονται, *non reſurgent*. A קוּם *ſurgere, ſtare, conſiſtere*: Fut. Kal. ubi ſecunda radicalis ו quieſcit in וּ R.60. & literæ præformantes accipiunt (ָ) R.58. ſicque flectitur in Pſalmis: אָקוּם *ſurgam*, תָּקוּם *ſurges*, יָקוּם *ſurget, ſtabit*, תָּקוּם *exſurget*, יָקוּמוּ *ſurgent*, & cum (ֻ) loco ו R.107. יָקֻמוּ Cum ן par. mutato (ָ) in (ְ) R.102. n. 5. fit יְקָמוּן *inſurrexerunt*. Pſalmo 35.11.

43 בַּמִּשְׁפָּט) *In illo judicio*. Targ. בְּיוֹם דִּינָא רַבָּא *in die judicii magni*. A שָׁפַט *judicavit*. Nomen Heemanth. maſc. מִשְׁפָּט *judicium*, idque activè, vel paſſivè. *Activè*, mos, boni mores, obſervantia legis, ſtatutum, ratio, conſuetudo, innocentia vitæ. *Paſſivè*, cùm quis re ipſâ abſolvitur, vel damnatur, ac pœnas luit. Legitur cum Præfixis, ו *Et*, בּ *In*, ל *Ad*, כּ *Secundùm*. Et excluſo ה Emphatico בַּמִּשְׁפָּט *in judicio*, לַמִּשְׁפָּט *ad judiciũ* Cum Affixis, מִשְׁפָּטִי *judicium meum*, לְמִשְׁפָּטִי *ad judicium meum*, כְּמִשְׁפָּטֶךָ *ſecundùm ſtatutum tuum*. In pl. וּמִשְׁפָּטִים *& judicia*, Cum Affixis, abjecto ים R. 105. מִשְׁפָּטֶיךָ *judicia tua*, מִשְׁפָּטָיו *judicia ejus*, לְמִשְׁפָּטֶךָ *ad ſtatuta tua*, Pſalm. 119.43. pro לְמִשְׁפָּטֶיךָ ut eſt verſu 90. מִמִּשְׁפָּטֶיךָ *à judiciis tuis*, וּמִמִּשְׁפָּטֶיךָ *& à &c.* In Regimine, mutato (ָ) in (ְ) R.114. fit מִשְׁפְּטֵי judicia, וּמִשְׁפְּטֵי *& judicia*.

44 וְחַטָּאִים) *Et peccatores* ו eſt copula, cætera vide ſuprà Num.9.

45 בַּעֲדַת) *In cœtu*. Formatur, ut בַּעֲצַת ſuprà Num.6. A יָעַד certum conveniendi locum vel tempus *conſtituit*. Nom. fœm. ſine pl. עֵדָה *conven-*

ventus, congregatio statis horis & locis aggregari solita, *Ecclesia, cœtus.* ועדה *& cœtus*, In Regimine vertens ה in ת, עדתי *cœtus* ועדת *& cœtus* בעדת *in cœtu*, LXX. *ἐν βουλῇ in concilio*, Targ. בסיעת *in societate*. Cum Affixis, עדתך *cœtus tuus*, בעדתם *in cœtu eorum.*

46 צדיקים) *Iustorum.* A צדק *Iustificavit*, Nom. masc. ex Pihel deductum, צדיק *justus*, dicitur de eo, qui in omnibus absolutus est: ideò de sermone usurpatũ, *fidelis, verax*, (Hinc vox *Sadducæi*, q. *justi*: putabant enim, se justos esse.) Cũ Præfixis, וצדיק *& justus*, לצדיק *huic justo*, excluso ה Emphat. In plur. צדיקים *justi, veraces*, וצדיקים *& justi.*

Vers 6.

47 יודע *Noscens est*, id est, novit. A ידע *novit, cognovit*, mentis est: sed notitiam sequitur affectus, unde *favit, fovit, approbavit, curam egit.* Benoni Kal. יודע *cognoscens, approbans*, cum (–) Furtivo, R. 10. Ejus Synonymum est מכיר *agnoscens*; quæ sic differunt; nullus potest esse מכיר nisi priùs fit יודע. Legitur & sine ו, ידע Ps. 94. 11. In fœm. facit ידעת *sciens*, Psal. 139. 14. pro יודעת cum (–) vicario τοῦ (ֶ) R. 110. In plur. יודעים In Regimine, יודעי *scientes*, & sine ו, ידעי Ps. 68. 16. ויודעי *& scientes.* Cum affix. ליודעי *cognoscentibus me*, ליודעיך *cognoscentibus te.*

48 תאבד) *Peribit*, Targ. תהובד *auferetur*. Ab אבד *periit*, dicitur de re, quam aliquis amittit ipsâ tamẽ integrâ manente, aut etiam de omnimoda perditione rei, Fut. Kal. ubi א quiescit in ו, R. 53. flectiturq; sic in Psalmis: תאבד *peribit*, ותאבדו *& peribitis*, יאבדו *peribunt*, ויאבדו *& peribunt*. In pausa autem converso (:) in (ָ) R. 132. facit, יאבדו ויאבדו.

PSALMUS 2. ב

49 למה) *Propter quid*, מה est dictio indecl. interrogativa de qualitate rei, *quid? quomo-*

modo, qualiter quàm. Sæpe admittit poſt ſe Maccaph, ac mutat (ָ) in (ַ), dageſch ſequenti literæ impreſſo, ut מַה־לְּךָ *quid tibi* &c. Ante indageshabiles verò ſervat (ָ) ut, מָה־ אֱנוֹשׁ *quid homo* מָה־רַבּוּ *quàm multi ſunt*, &c. Quod idẽ ante יְהוָֹה fit, (quoniam per אֲדֹנָי legitur) Pſ. 89. 47 עַד־מָה יְהוָֹה *Vſquequo Iehova*. At ante gutturales עחה kametſatas, euphoniæ cauſâ mutat (ָ) in (ֶ) ſitq; מֶה ut מֶה־הָלַל *quàm ceſſans*, &c. Et ſine Maccaph. מֶה־עָצְמוּ *quàm prævaluerũt*, Pſ. 130. 7. Legitur in Pſalmis cũ 4. Præfixis, וּמָה & וּמַה־ & *quid*, בַּמָּה *quoties, quot*; בַּמָּה & בַּמֶּה *in quo, in quid*, (quæ excludunt ה Emphatic.) לָמָה & לָמָּה *propter quid, quare quamobrem*, ubi ל ante vocem monoſyllabam geſtat (ָ) R. 80. Porrò notandum eſt, לָמָּה ſine dageſh eſſe acutum, & לָמָּה cum dageſh euphonico, penacutum. Eſt verò acutum ante gutturales אחע ut, לָמָה אֱלֹהִים *quare Domine*, &c. Penacutum autem eſt ante literas alias. ut, לָמָּה רָגְשׁוּ *quare fremuerunt*, לָמָּה יְהוָֹה *quare Iehova*, &c.

50 (At verò מִי *Quis*, eſt interrogantis de perſona, ut, מִי הָאִישׁ *quis ille vir* Et ſæpe negationem & impoſſibilitatem importat, מִי *quis eloquetur potentias Domini*, q. d. nemo, מִי כַּיהוָֹה אֱלֹהֵינוּ *quis ſicut Iehova Deus noſter*, Pſalm. 113, 8. id eſt nemo. (ubi in initialibus vocibus hujus verſûs continetur nomen Archangeli MICHAEL.) Legitur in Pſalmis cum duobus Præfixis, וּמִי & *quis*, מִמִּי *à quo*.)

51 רָגְשׁוּ) *tumultuata ſunt*. A רָגַשׁ *ſtrepuit, tumultuatus eſt*; dicitur propriè de coitione pluriũ, quæ ſine ſtrepitu nõ fit. Tertia perſ. pl. Præt. Kal. רָגְשׁוּ Legitur verbum hoc in tota Scriptura hoc loco tantùm & in Chaldæo apud Daniel. 6. 7. ſemel in Conjugat. Aphel הַרְגִּישׁוּ *concurrerunt ad regem*.

52 גּוֹיִם) *Gentes*. Nom. maſc. גּוֹי *gens*, cujus etymon ignoratur, niſi fortè velis ad גָּוָה

cor-

corpus referre, quod Gens sit q. corpus unum, ex multis viris collectum. Dicitur de gentibus, quæ Deum ignorant, etsi etiam aliquando de ipsis Hebræis dictum reperiatur. Cum Præfixis, הַגּוֹי *illa gens*, מִגּוֹי *à gente*, id est, ne sit gens, Pſ. 83. 5. (ubi מ negationem includit. R. 74.) In plurali גּוֹיִם *gentes*, syncopato altero (י) R. 31, pro גּוֹיִים. Cum Præfixis הַגּוֹיִם *illæ gentes*, בַּגּוֹיִם *inter has gentes*, excluso ה Emphat. Et cum (י) loco ו, בַּגּוֹיִם Pſ. 79. 10. Legitur semel cum Affixo, *In lætitia* גּוֹיֶךָ *gentis tuæ*, Pſ. 106. 5 contractè pro גּוֹיֶיךָ ubi de Iſraëlitis usurpatur.

53 וּלְאֻמִּים) *Et nationes*. Ab inusitato אָמַם fit אֵם *mater*, unde אֹם *natio*, populus ex una matre prognatus: includit tantam congregationē populi, quæ possit constituere regnū. Hinc dicunt Hebræi: אֵין לְאֹם אֶלָּא מַלְכוּת *Non est natio, nisi regnum*. In flexione assumit dagesh, & corripit ו in (ֻ) R. 125. fitque cum ה Emphat. הָאֻמִּים *illæ nationes*, & cum ל prosthetico, לְאֻמִּים *nationes*, Cum Præfixis, וּלְאֻמִּים (ubi ו assumit ו ante literam shevatam, R. 78.) בַּלְאֻמִּים *in nationibus*, (ubi ב cum (ַ) ob sequens (:) R. 6.

54 רִיק) Nomen formæ masc. sine pl. *vacuum*, *vanum*; aliquando adverbascit, *inaniter, frustrà, in cassum*, Pſ. 73. 13. רִיק *inaniter mundavi cor meum*. Hinc vox N. T. R A K A, Syrè ܪܝܩܐ certum aliquod & grave convitium significans, quod Christus alicui inferre vetat, Mat. 5. 22. q. d. hominem vanum, vilem, scurram (unde & Græcis ῥάκος, lacera vestis, & panniculum vile) Talmudicis enim רֵיקָא est *homo nequam*, vilis, vanus.

Verſ. 2.

55 יִתְיַצְּבוּ) *Statuerunt se*. A יָצַב *Statuit*, *constituit*, Fut. Hithpah. R. 47. quod in Psalm. flectitur in tertia persona tantùm, יִתְיַצֵּב *sistit seipsum*, יִתְיַצְּבוּ *semetipsos constituent*.

56 מַלְכֵי) *Reges*. A מָלַךְ *regnavit*, ex usu Chald. *consuluit, deliberavit*: מֶלֶךְ *rex imper-*

perator, qui vel ditioni, vel etiam urbi alicui præest, q. d. populi moderator. Cū Præfix. המלך ipse rex, ô rex. והמלך & ipse rex, ומלך & rex (ubi ו ante labialem cum ו Radic. R.78.) למלך regi, vel, de rege, למלך ipsi regi, excluso ה Emphat. Cum Affix. (mutat utrūque (ˇ) in (:) R.122. & prius (:) in (-) R.6.) מלכי rex meus, mi, מלכנו noster, למלכנו regi nostro, מלכו rex ejus, במלכם in rege ipsorum. In quibus כ notatur cum dagesh leni, post (:) R.17. In pl. (formatur ut פלגים suprà N.16.) in statu simplici מלכים In Regim. מלכי reges, למלכי inter reges. Semel cum Affixo gravi, מלכיהם reges eorum, Ps.105.30. In quibus Dagesh lene omittitur post (:) ut suprà Num.26.

57 ארץ) *Terra.* Nomen radicale com. gen. *tellus, terra,* tam habitabilis, tam inhabitabilis: & significat partem infimam cujusque rei sicut & Chald. ארע (mutatione solitâ ץ in ע factâ) Græcis ἔρα, *inferius, humile, imum.* In pausa scribitur ארץ R.131. & sic itidem cum ה emphat. (etiam extra pausam) הארץ *ipsa terra,* R.107 והארץ *& ipsa terra.* In Regim. usurpatur ארץ Ps. 107.35. וארץ ציה *& terram siccitatis.*

58 ורוזנים) *Et principes.* Targ. ושלטוניא *& dominatores, consiliarii.* Pl. masc. absque singulari, cujus etymon ignoratur, nisi fortè velis ו esse Heemanth. à רזה *emaciavit*, nam princeps sine subditis macie atteritur. Legitur in S. S. sexies, & semper post מלך ponitur, excepto Esa.40.23.

59 נוסדו) *Consultârunt.* A יסד *fundavit,* fundamenta jecit aut posuit, Psal.104.5. In Præt. Niph. mutato (י) in ו R. 56. נוסד *fundatus fuit, consultavit*, nam consilia rerum agendarū fundamenta sunt. In pl. נוסדו *fundârunt se pariter,* id est, fortes effecti sunt invicem. Targ. יתחברון *convenerunt,* LXX. συνήχθησαν, fortè legerunt נוחדו à יחד *univit.*

60 יחד) *Simul.* A יחד *univit, adunavit,* fit יחד propriè nomen, sed Latinis non po-

potest transferri, nisi per adverb. *unà, simul, pariter.* In pausa scribitur יַחַד R.131.

61 עַל־) *contra.* est hîc hostile, *adversus, contra,* וְעַל *& contra.* Unde Targ. *Et certant cum Messia ejus.*

62 מְשִׁיחוֹ) *Messiam ejus.* A מָשַׁח *oleo unxit,* fit מָשִׁיחַ *Vnctus.* Per antonomasiam sic dicitur in N.T. Salvator noster MESSIAS, Christus Dominus, (pro natura linguæ Græcæ mutato ש in *ss*, & ח in terminationem *as.*) cujus, Reges & Sacerdotes inuncti, typus fuére. In incremento finali, (-) furtivo abjecto, R.10. (ּ) corripitur in (:) R.114 facitq; cum Affixis, מְשִׁיחֶךָ *unctus tuus,* מְשִׁיחוֹ *ejus,* לִמְשִׁיחִי *uncto meo,* לִמְשִׁיחוֹ *suo,* (in quibus ל gestat (·) ob sequens (:) R.6.) In pl. מְשִׁיחִים *uncti,* sic vocantur omnes Deo sacri, & dignitate & pietate conspicui: unde cum affixo & præfixo, *Ne tangatis* בִּמְשִׁיחָי *in Christos meos,* Psal. 105.15.

Vers. 3.

63 נְנַתְּקָה) *Penitùs disrumpemus.* A נָתַק *disrupit, avulsit, abrupit,* Fut. Pihel. (quæ conjugatio significationem intendit, R.45.) Legitur in Ps. bis; in tertia pers. sing. יְנַתֵּק *penitùs disrumpet,* Psal. 107.14. In prim. pl. נְנַתְּקָה cum par. ה (quod primæ person. Fut. utriusque numeri familiare est. R. 102. n. 2.) mutato (..) in (:) R.117. pro נְנַתֵּק.

64 אֶת־) Dictio אֵת plerumque notat Accusat. R.33. Cum Præfixo מ idem valet, quod simplex מ, ut מֵאֵת יְהוָה *à Iehova,* Psalm. 109.20. Cum Maccaph mutat (..) in (ֶ) R. 134. scribitúrque אֶת־, וְאֶת *Et.*

65 מוֹסְרוֹתֵימוֹ) *Vincula eorum.* Targ. שַׁלְשְׁלָוָתְהוֹן *catenas eorum.* A יָסַר *erudiendo castigavit.* Nom. Heemanth מוֹסֵר *vinculum,* mutato (ו) in ו R.161. n.1. In plur. admittit utramque terminationem; unde in forma masc. cum Affixo & Præfixo, *Aperuisti* לְמוֹסֵרָי *vinculis meis,* Ps. 116.16. (cum (..) loco (:) præter analogiam i.e. dum me vincis, juxta illud: Servire Domino, Regnare est.) In fœm. וּמוֹסְרוֹתֵיהֶם *& vincula ipsorum,* Psal. 107.14. At

מוסרותימו est cum Affixo poëtico מו, cujus frequens est usus in libris metricis.

66 ונשליכה *Et projiciemus.* A שלך in Hiph. השליך *jecit, projecit, abjecit,* tanquam puerum expositititium, cujus curam mater ampliùs non habet. Fut. Hiph. quod in Ps. flectitur sic: אשליך *projiciam,* ותשלך *& projecisti.* (cum ו conversivo Futuri, R.79. & (..) loco ו. R.107. תשליכני *projicies me,* ותשליכני *& projecisti me,* (cum ו convers. נשליך *projiciemus,* & cum ה paragogico ונשליכה.

67 ממנו *A nobis.* מן praepositio, *A, ab, abs, de, è, ex, prae,* cum Praefixo. ומן *& ab.* Cum (י) paragogico, מני (dageshato נ) *Ab,* Psal.44.11. *Prae,* Ps. 88.10. Cum Affix, מני *à me,* Ps. 18.23. מנהו *ab unoquoque eorum,* Ps. 68.24. Usitatiùs verò cum Affixis abjicit נ, & iterat נ, ut ממני *à me,* ממך *à te,* & in pausa ממך Ps. 80.19. ממנה *ab illa,* ממנו *à nobis,* & *ab illo;* nam נו est affix. pl. primae pers. & sing. tertiae, pro נהו R.91.

68 עבתימו *Densos funes eorum.* A עבת (in Pihel) *condensavit, complicavit*: Nom. masc. עבות *contortum, funis, funis contortus,* ex tribus funiculis complicatus. In pl. cum Praefixo, בעבתים *funibus,* Ps. 118.27. Et cum Affixo עבתימו LXX. τὸν ζυγὸν αὐτῶν *jugum, eorum.*

Vers. 4.

69 יושב *Sedens.* A ישב (suprà N.13. Benoni Kal. יושב & sine ו, ישב *sedens, habitans.* Cum Praefix. ויושב *& sedens,* היושבי *qui sedens es,* Psal.123.1, (cum ה Relativo, R.76. & (י) paragog. R.10.) Plur. יושבים in Regim. יושבי, & sine ו, ישבי *sedentes, habitantes,* ויושבי *& habitantes.* Cum Affixo ישביה *habitantes ejus.* Ps. 75.4. id est habitatores, nominaliter, R. 42.

70 בשמים *In ipsis coelis.* שמים *coeli,* non reperitur

in ſing. ſed Interpretes tam *Cælum*, quàm *Cælos*, vertunt. In pauſa ſcribitur שָׁמָיִם mutato (-) in (ָ) R.131. Cum Præfixis הַשָּׁמַיִם *iſti cæli*, וְשָׁמַיִם *& cæli*. Semel בְּהַשָּׁמַיִם *in ipſis cælis*, Pſ.36.9. alias ſemper excluſo ה Emphat. R.81. legitur בַּשָּׁמַיִם. Eſt autem שָׁמַיִם nomen Duale, compoſitum ex שָׁם *ibi*, & מַיִם *aquæ*, ſc. ſunt, vel ſubſiſtunt. Vel à שָׁם *ibi*, *illuc*, quocunq; enim te vertis ibi cœlum intueris. Vel denique à שָׁם *ibi*, loco remotiori, cœlum enim à terra remotiſſimum. Dualis forma notat diſtantiam utrinque æqualem, vel duos mundi polos, circum quos cœlum circumvolvitur: vel denique à מַיִם *aquæ*, quæ duplices (ſuprà N. 27.) Non ſolùm autem *Cælũ* ſignificat *ſedem Beatorum* verùm etiam ipſum *aërem*, Pſal. 8.9. *Volucres Cæli*. Pſal. 18.8. *Et fundamenta montium commota ſunt*, pro quo 2. Sam. 22.8. legitur *Et fundamenta Cæli*.

71 יִשְׂחָק *Ridebit*. A שָׂחַק *luſit riſit, deriſit, riſum fecit*, (de quovis riſu dicitur, quin & de bello) *contempſit*, quicquid enim contemnitur, riſui habetur ut. Kal. quod in Pſalm. flectitur in tertia perſ. tantùm יִשְׂחַק *ridebit*, in pauſa יִשְׂחָק R.131. unde in Plur. יִשְׂחָקוּ *ridebunt*, Pſal. 52. 8.

72 אֲדֹנָי DOMINUS. Targ. מֵימְרָא דַיְיָ *Verbum Domini ſubſannabit eos*. (quâ voce מֵימְרָא *verbum, ſermo*, ab אָמַר denotatur Meſſias, qui eſt æternum Dei verbum) Ab אֶדֶן *baſis*, fit אָדוֹן *Dominus*, quaſi baſis & columen familiæ, aut domûs. Et quemadmodũ Latinis Dominus dicitur is, qui domui præeſt: ita Hebræis Deus dicitur ADHONAI, quòd præſit toti Univerſo, tanquã domui à ſe conſtructæ. Quod nomen competit ei, non ex tempore, ſed ab æterno, ſi ſc. ratio habeatur poteſtatis, non verò relationis. In Regimine & Plnum. converſo (ָ) in (ֲ) R.114. facit אֲדוֹן *dominus*. In pl. abſoluto & conſtructo *Confitemini* לַאֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים *Domino Dominorum*, Pſal. 136.3. Cæterùm אֲדֹנָי (cum (ָ) extra pauſam) dicitur tantùm de *Creatore*, & ponitur pro abſoluto ſing. DOMINUS, (idque, ut differat ab אֲדֹנִי *dominus meus*,

&

& אֲדֹנָי *domini mei.* Cum Præfixis ולב abjicit (-:) R.82. facitq; וַאדֹנָי *& Domine mi* Pſ.35.23. לַאדֹנָי *Domino meo,* Pſ.22.31. בַּאדֹנָי *in Domino meo,* Pſal. 73.28.

73 יִלְעַג *ſubſannabit* A לָעַג *ſubſannavit, deriſit, blæſitatem finxit*; nam, quos cum ſanna excipere volumus, ad eos ridendos blæſitatem fingere ſolemus: Fut. Kal, quod in Pſalmis flectitur ſic תִּלְעַג *ſubſannabis*, יִלְעַג *ſubſannabit*, יִלְעֲגוּ *ſubſannabunt.* Conſtruitur autem hoc verbum apud Hebræos cum ל nota Dativi, ideóque ſequitur

74 לָמוֹ *eis*, vel *in eos.* מוֹ eſt Affix. Poëticum, & ל ante Affixa amat (ָ) R.101.

Verſ. 5.

75 אָז *Tunc, ex tempore.* de Præt. & Fut. uſurpatur. Et cum (י) paragog. R.102. n. 4. אָזַי *tunc* Pſal. 124. 3. Legitur cum מ præfixo, מֵאָז *ex tunc, ab eo tempore, poſtquam,* Pſal. 76. 8. *Quis ſtabit coram te* מֵאָז אַפֶּךָ *à tunc iræ tuæ,* Targ. *à tempore, quo invaleſcit ira tua.* Abſolutè poſitum notat retroacta ſecula, Pſal. 93.2. *Parata eſt ſedes tua* מֵאָז *ex tunc,* Targ. מִן עָלְמָא *à ſeculo,* LXX. *ἀπὸ τότε, ex inde.*

76 יְדַבֵּר *loquetur.* A דִּבֶּר *locutus, elocutus eſt, dixit.* Fut. Pih. quod in Pſal. flectitur ſic: אֲדַבֵּר *loquar*, & cum ה paragog: mutato (..) in (:) R.117. אֲדַבְּרָה *eloquar*, וַאֲדַבְּרָה *& loquar.* In pauſa iterum redit R.131. וַאֲדַבֵּרָה Pſ.40.6. תְּדַבֵּר *loqueris*, יְדַבֵּר *loquetur.* Et cum (ֶ) loco (..) in pauſa יְדַבֶּר Pſ. 41. Et ob retractum accentum יְדַבֶּר פִּי *loquetur os meum*, Pſ. 145.1. תְּדַבֵּר *loquetur* (fœm. lingua) תְּדַבְּרוּ *loquemini.* Et cum ן parag. תְּדַבֵּרוּן Pſ.58.2. (cum (..) loco (:) ob Athnach R.132.) יְדַבְּרוּ *loquentur* cum inimicis, Pſalm. 127.5. Targ. יְנַצּוּן *litigabunt*, וִידַבְּרוּ *& loquentur*, Pſal.73.8. (ſublato (:) ſub (י) ob præcedens (·) R.8.) וַיְדַבְּרוּ *& locuti ſunt*, Pſ.78.19. ubi litera ſchevata (י) ejicit dagesh R.20. quod ו converſivo imprimere debuit, R.79. pro וַיְדַבְּרוּ.

77 אֱלֵימוֹ *ad eos.* אֶל Præpo-

positio, *Ad, apud, juxta*, ponitur aliquando pro עַל *super*, *propter*: (ideóque omnia verba, quæ construuntur cum עַל construuntur etiam cum אֶל) Scribitur cum (..) ad differentiã nominis אֵל *Deus*: מִכְּאוֹב וְאֶל *& super*, vel, *de dolore*, Psal. 69.27. Assumit Affixa Nominum plur. R. 101. gestátque (..) cum Affixis Levibus, ut, אֵלַי (& in pausa אֵלָי) *ad me* אֵלֶיךָ *ad te*, אֵלָיו *ad ipsum*: אֵלֵימוֹ *ad eos*. At cum Affixis Gravibus mutat (..) in (-:) ut, אֲלֵיכֶם *ad vos*, אֲלֵיהֶם *ad eos*.

78 בְּאַפּוֹ *in ira sua*. Targ. בְּתָקְפֵהּ *in fortitudine sua*. Ab אָנַף *naribus flare*, ut solent irati; fit. Nom. masc. per syncopen אַף *naris, nasus*, Psal. 115. 6. Aliquando ponitur pro *toto vultu, facie*. Psal. 138.7. quòd faciei decor (utpote cujus pars eminentior) sit nasus. Sumitur etiam pro *furore, ira*, Ps. 78.21. quòd nasus & vultus sit iræ index, vel, quòd irati exsufflant naribus. Cum Præfixis מֵאַף *ab ira*, וְאַף *& ira*, בְּאַף *in ira*, וּבְאַף *& in ira*. In Duali num. & cum Affix. assumit Dagesh ad compensandum defectum literæ נ, facítque אַפַּיִם *nares*, Ps. 86.15. (cujus Synonymum est נְחִירַיִם) אַפֶּךָ (& in pausa אַפֶּךָ) *ira tua*. אַפּוֹ *ejus*, אַפָּם *eorum*. Et in alia significatione, *Impius* כְּגֹבַהּ אַפּוֹ *secundùm altitudinem faciei suæ non requiret*, Psal. 10.4. Targ. רוּחֵהּ בְּגַסּוּת *in crassitie, sive, elatione spiritûs sui*. (Superbia enim in facie elata apparet.) Cum Præfix. בְּאַפִּי *in ira mea*, בְּאַפְּךָ (in pausa בְּאַפֶּךָ) *in ira tua*, בְּאַפּוֹ *in ira ejus*, לְאַפּוֹ *præ ira sua*, Ps. 78.50.

79 וּבַחֲרוֹנוֹ *& in furore suo*. A חָרָה *arsit, exarsit*, fit Nom. masc. formatum per syllabam Heemanthic. וֹן R. 161. n. 3. חָרוֹן *ardor, æstus iræ, furor*, & semel *adustum*, Ps. 58.10. כְּמוֹ חַי כְּמוֹ חָרוֹן *sicut vivum, sic adustum*, vel, *sicut siccum, sicut aridum, perdet*. In Regimine, & cum Affixis, mutato (ָ) in (ֲ) R. 114. facit חֲרוֹן Cum Præfix. *Reversus es* מֵחֲרוֹן אַפֶּךָ *ab ardore iræ tuæ*, Ps. 85. 4. id est, cohibuisti iram tuam (quod Bertram. ait esse Infinit. Kal, cum ן paragog. *ab æstuando*,

do, id eſt, ne æſtuaret ira tua.) וחרון *& æſtus.* Cum Affixo ובחרונו *& in ardore ſuo.* Semel in plur. חרוניך *æſtus tui*, Pſ. 88. 17.

80 יבהלמו *conturbabit eos.* A בהל in Pihel *feſtinare*, *accelerare*, ſæpiùs ſumitur in malum, inde *temerè, inconſultò agere.* It. accelerare aliquem, i. e. eum *terrere, ſubitò turbare, perturbare, conturbare*, ita, ut temerè agat. Fut. Pih. quod in Pſalmis flectitur cum Affix. in ſecunda perſona תבהלם *conturbabis eos.* In tertia, יבהלמו *terrebit eos.* Abſorbetur autem hîc ſignum conjugationis Pih. (dagesh,) quoniam gutturalis ejus capax non eſt, R. 19. ac punctum terminale (..) ob Affix. tranſit in (-:) R. 117.

Verſ. 6.

81 ואני *Et ego* אני *Ego*, Pron. primæ perſ. R. 36. In pauſa ſcribitur cum (ָ) R. 132. אנכי Pſ. 6. 3. Cum Præfixo ואני *& ego*, ubi ו habet (-) ante (-:) R. 13. Legitur & aliâ formâ אנכי *ego*, ואנכי *& ego.*

82 נסכתי *inunxi.* Targ. רבית ומניתה *inauguravi & conſtitui eum.* LXX. κατεστάθην βασιλεὺς, *conſtitutus ſum rex.* A נסך *fudit, perfudit, libavit, inauguravit, regem conſtituit*, quòd id oleo fuſo fieret. Legitur in Præt. Kal. h. l. tantùm.

83 ציון *Sion.* A ציה *ſiccitas* fit ציון nomen montis, à ſiccitate loci, in cujus vertice arx eodem nomine conſtructa erat, quæ, à Davide capta, vocata fuit *Civitas Davidis*, aliâs *Mons Iehovæ*, & *Mons ſanctitatis*, ad cujus latus aquilonale fuit Templum, Pſal. 48. 2. Cum Cum Præfixis, מציון *ex Sione*, ומציון *& ex Sione*, בציון *in Sione*, ולציון *& de Sione*, Pſ. 87. 5.

84 הר *montem*, Ab הרר *mons*, fit contractum הר.

85 קדשי *ſanctitatis meæ.* A קדש *ab uſu communi ad ſacrum ſeparavit*, fit קדש *ſanctitas, ſanctimonia, munditia, res ſancta, ſanctum*, (ejus antitheton eſt חול profanum.) Cum Præfixis, מקדש *ex ſancto*, בקדש *in ipſa ſanctitate*,) excluſo ה Emphat.) Cum Affixis ו penult. tranſit in (ָ) R. 118. & (ֶ) in (:) R. 122. fitque

קָדְשִׁי *sanctitas mea*, קָדְשְׁךָ (& in pausa קָדְשֶׁךָ) *sanctitas tua*, קָדְשׁוֹ *ejus*, בְּקָדְשִׁי *in sanctitate mea*, בְּקָדְשׁוֹ *sua*, לְקָדְשׁוֹ *ad sanctitatem ejus.*

Verſ. 7.

86 אֲסַפְּרָה *Enarrabo.* A סִפֵּר *Numeravit, narravit, enarravit,* q. aliis enumeravit, (cujus Synonymum eſt הִגִּיד *indicavit.*) Fut. Pih. quod ſic flectitur in Pſalmis: אֲסַפֵּר *Numerabo omnia oſſa mea*, Pſ. 22.18. id eſt, numerare poſſum R.40.not. Et cum ה paragog. mutato (..) in (:) אֲסַפְּרָה *accuratè enarrabo*, וַאֲסַפְּרָה *& enarrabo.* Cum affixo, אֲסַפְּרֶנָּה *enarrabo illam*, יְסַפֵּר *recenſebit*, נְסַפֵּר *recenſebimus*, תְּסַפְּרוּ *enarretis.* Et ſuper dolore interfectorum tuorū יְסַפֵּרוּ *narrabunt*, Pſ.64.6. LXX. προσέθηκαν *addiderunt* (omiſſo ר q. fuiſſet. יֹסִפוּ) Et in pauſa converſo (:) in (..) R.132. יְסַפֵּרוּ *enarrabunt*, Pſ.71.15.

87 אֶל־ Eſt pro articulo אֶת־ nota accuſ. quoniam iſtæ literæ, ל & ת, ſunt comutabiles, R.1. Vel eſt Præpoſ. *Ad, In, ſuper*, ut ſenſus ſit, *Enarrabo ſuper*, vel, *de ſtatuto.* Vel, *Enarrabo in decretum*, id eſt, ut ſit in ſtatutum & memoriale.

88 חֹק *decretum.* Targ. קְיָמָא דֶאֱלָהָא *Dei pactum*, LXX. πρόσταγμα Κυρίου, *præceptum Domini*, acceperunt אֶל pro אֵל *Deus*, & expoſuerunt in Genitiv. caſu, qui tamē apud Hebr. ſemper alteri nomini poſtponitur) A חָקַק *inſculpſit, ſtatuit, decrevit*, nom. maſcul. חֹק *ſtatutum, decretum*, quod obſervandum inſculpatur. Cū Præfixis, וְחֹק *& ſtatutum*, לְחֹק *in ſtatutum.* Cum Maccaph corripit ו in (..) R.134. facitque חָק־ *decretum*, Pſal. 148.6.

89 אָמַר *dixit.* Præt. Kal. quod ſic flectitur in pſalmis: אָמַר *dixit ille*, cum altero, vel *ſecum locutus eſt, cogitavit*, וְאָמַר *& dixit.* אָמַרְתְּ *dixiſti* tu anima, Pſal.16.2. אָמַרְתִּי (& in pauſa אָמָרְתִּי) *dixi*, אָמְרוּ *dixerunt*, וְאָמְרוּ *& dixerunt.*

90 בְּנִי *filius meus.* A בָּנָה *edificavit*, בֵּן *filius*: nam Paren

rētes fabri liberorū ſunt, Plaut. (Synonymum ejus eſt בַּר. Dicitur de omnibus rebus, tam animatis, quàm inanimatis, Pſal. 80.16. *Et ſuper* בֵּן *filium, quem roborâſti tibi*, i.e. palmitem, nam palmes ex arbore, tanquā ex parentib⁹, naſcitur. In Regimine ſemper notatur cum (ֶ) ſive ſit ad Maccaph, ſive extra Maccaph. בֶּן־יְמִינִי *filius Iemini*, Pſ. 7.1. בֶּן־רְאֵמִים *filius unicornium*, Pſalm. 29.6. id eſt, catulus, aut pullus. Cum Præfixis וּבֶן־ *& filius hominis*, Pſal. 8.5. בְּבֶן־ *in filium matris tuæ*, Pſal. 50.20. לְבֶן־ *filio regis*, Pſal. 72.1. Cum Affix. mutato (ֵ) in (ְ) R. 117. fit בְּנִי *filius meus*, בְּנוֹ *filius ejus*, vel, *ſuus*.

91 אַתָּה *tu*; ſcil. es, nam Pron. perſon. ſupplent Vices Verbi Subſt. R. 36. n. 1. אַתָּה *tu*, eſt Pron. maſc. ſecundæ perſ. In pauſa ſcribitur אָתָּה Pſ. 16.2. Cum Præfixo, וְאַתָּה *& tu*. Et abjecto ה, וְאַתְּ Pſal. 6.4. quomodo quinquies legitur in Scriptura. In pl. facit אַתֶּם *vos*.

92 הַיּוֹם *hoc die*, יוֹם *dies*, aliquando pro naturali 24. horarum, aliquando pro diurno capitur ſpatio. Geminatum יוֹם יוֹם id eſt, *die die*, quotidie Pſ. 68.20. Cum Præfix. מִיּוֹם *à die*, הַיּוֹם *hic dies*. כְּיוֹם *ſicut dies*, לְיוֹם *in die, de die*, בְּיוֹם *in die*. Et excluſo ה Emphat. בַּיּוֹם *in hac die*, כַּיּוֹם *ſicut hic dies*. Legitur ſemel cum Affix. *Cùm videbit, quòd venerit* יוֹמוֹ *dies ejus*, Pſalm. 37.13. Targ. יוֹמָא דִּתְבִרֵהּ *dies calamitatis ejus*.

93 יְלִדְתִּיךָ *genui te*. Targ. *Dilecte, ſicut filius es patri, tu mihi purus es: ac ſi die iſtâ creaviſſem te*. A יָלַד *genuit, peperit, parturivit*, propriè fœminarū, ſed eleganter dicitur de viris, *generavit*. Præt. Kal. quod in Pſalmis dicitur ſic: יָלַד *genuit*, וַיָּלַד *& genuit*, יָלַדְתִּי *genui*, Cum Affixo, יְלִדְתִּיךָ *genui te*, ubi (ָ) primæ ſyllabæ corripitur in (ְ) R. 114. & (ַ) ſecundæ radical. euphoniæ causâ tranſit in *chir*. R. 107 pro יְלַדְתִּיךָ.

Verſ. 8.

94 שְׁאַל *Pete*. A שָׁאַל *rogavit, petiit, quæſivit, poſtulavit*.

lavit. Imperat. Kal. שְׁאַל. In pl. שַׁאֲלוּ *petite*. Pſ. 122. 6. pro שְׁאֲלוּ cum (-:) ſub gutturali, R. 13.

95 וְאֶתְּנָה *& dabo*, A נָתַן (vide ſuprà num. 29.) Fut. Kal. in prima perſ. facit אֶתֵּן *dabo*. Cum ה parag. mutato (..) in (:) וְאֶתְּנָה *& dabo*, וָאֶתְּנָה *& poſui*, Pſ. 69. 12. (ubi ו converſiv. ante gutturalem geſtat (ָ) R. 79.) Cum Affix. אֶתְּנֶנּוּ *conſtituam eum*. In ſecunda perſ. תִּתְּנֵנִי *trades me*, תִּתְּנֵהוּ *eum* תִּתְּנֵנוּ *dabis nos, ut oves*, Pſ. 44. 12. i.e. efficies, תִּתְּנֶנּוּ *dabis, pones eum*, Pſ. 74. 14. In tertia perſ. וַיִּתְּנֵם *& tradidit eos*, Pſal. 106. 41. cum ו converſivo.

96 נַחֲלָתֶךָ *poſſeſſionem tuam*. Targ. *Dabo divitias populorum hæreditatem tuam*. A נָחַל *poſſedit*, Nomen fœmin נַחֲלָה *poſſeſſio*, quicquid alicui gratis cedit in poſſeſſionem. Semel ſcribitur cum ת, נַחֲלָת Pſ. 16. 6. Cum Præfixo, לְנַחֲלָה *in poſſeſſionē*. In Regimine mutato ה in ת Reg. 37. fit נַחֲלַת *poſſeſſionem gentium*, Pſ. 111. 6. Cum Affixis converſo ה in ת, R. 104. facit נַחֲלָתְךָ (& in pauſa נַחֲלָתֶךָ *poſſeſſio tua*, וְנַחֲלָתֶךָ *& poſſeſſio tua*, נַחֲלָתוֹ *ejus*, וְנַחֲלָתוֹ *& poſſeſſio ejus*, נַחֲלָתֵנוּ *poſſeſſio noſtra*, נַחֲלַתְכֶם *veſtra*, בְּנַחֲלָתֶךָ *in poſſeſſione tua*, וּבְנַחֲלָתוֹ *& in poſſeſſione ejus*, וְנַחֲלָתָם *& poſſeſſio eorum*.

97 וַאֲחֻזָּתְךָ *& hæreditatem tuam*, Ab אָחַז *prehendit, apprehendit, carpſit, rapuit*, nom. fœm. absque pl. אֲחֻזָּה *apprehenſio, hæreditas, res poſſeſſa*, rus, villa, ager. Eſt cum dageſh euphonico, R. 18. Legitur in Pſalmis hoc loco tantùm, ídque cum Præfixo & Affixo וַאֲחֻזָּתְךָ.

98 אַפְסֵי *fines*. Ab אָפֵס *finivit, ceſſavit*, fit nom. maſc. אֶפֶס *finis, terminus*, rei alicuj' extremitas. Formatur ut פֶּלֶג ſuprà Num. 26. ideóque in pl. facit אֲפָסִים. In Regimine אַפְסֵי, quomodo quinquies legitur in Pſalmis & ſemper ſequente nomine אֶרֶץ Pſ. 2, 8. 22. 28.

28.67,8.98,3. אַפְסֵי אָרֶץ *terminos terræ*, id est, homines in extremis terræ partibus habitantes. Cum Præfixo. לְאַפְסֵי הָאָרֶץ *in fines terræ*, Pf.59.14.

Verſ.9.

99 תְּרֹעֵם *Confringes eos.* Targ. תְּתַבְּרוּן *conteres eos.* LXX. ποιμανεῖς αὐτοὺς, *reges eos.* Legerunt תִּרְעֵם à רָעָה *pavit, rexit, gubernavit*: inde Apoc. 19.15. ποιμανεῖ αὐτοὺς, *reget eos virgâ ferreâ.* A רָעַע *fregit, confregit, contrivit* (magis Chaldaic. est, quam Hebr. pro רָצַץ ejusdem significationis, mutato צ in ע) Fut.Kal. quod legitur in Psalmis hoc loco tantùm. Analogicè esset תְּרֹעַע, at syncopatâ mediâ radicali R.71. fit תְּרֹעַ, & ob Affix. correpto (ָ) in (:) R,114. fit תְּרֹעֵם.

100 בְּשֵׁבֶט *virgâ.* שֵׁבֶט *virga sceptrum, baculus.* Nom commun. gen. sed masc. sæpiùs Cum Præfixo, בְּשֵׁבֶט *in virga,* ubi בְּ est instrumenti, R.80 n 3. Targ. בְּחוּטְרָא *baculo.*

101 בַּרְזֶל *ferri*, id est, ferrea, Subst. adjectivi loco, R.34. num.3. Nomen quadriliterum masc. sine plur. בַּרְזֶל *ferrum.* & ea, quæ ex ferro sunt, instrumenta, *compes, catena*, Pf.105.18 בַּרְזֶל בָּאָה נַפְשׁוֹ *ferrum ingressum est animam ejus.* Targ. בְּשֵׁירוֹ פַרְזֶל *in catenam ferream ingressa est anima ejus*, i.e. in nervum ferrum venit corpus ejus. Psalm.107.10. *Vincti afflictione* וּבַרְזֶל *& ferro*, id est, compedibus.

102 כִּכְלִי *sicut vas.* A כָּלָה *perfecit.* Nom. masc. כְּלִי *vas, instrumentum*, est commune ad omne utensile, quod paratur, consummatur, & perficitur. Legitur in Psalmis cum duobus Præfixis, כִּכְלִי *sicut vas*, בִּכְלִי *in instrumento*, Psal. 71.22. ubi כּ & בּ notantur cum (.) ob sequens (:) R.6.

103 יוֹצֵר *fingentis*, id est, figuli. A יָצַר *finxit, formavit*: tribuitur Deo, & homini, notátque *quovis modo aliquid effigiare.* Benoni Kal. יוֹצֵר (quod supplet vices Nomin.) *creator, figulus.* Et absque, ו Psal. 94.9. יֹצֵר *formans.* Cum ה Relat. R. 76. הַיּוֹצֵר *qui format*, Psal.33. 15.

104 תְּנַפְּצֵם *penitùs dissi-*

pabit eos. Targ. תְּטַרְפְּנוּן *disrumpes eos*, L X X. συντρίψεις αὐτοὺς, *confringes eos.* A נָפַץ *sparsit, dispersit, dissipavit*; dicitur de quavis dispersione, quæ etiam fractionem comprehendit, Ps.137.9. וְנִפֵּץ (Præt Pih.) *& dispergit infantes tuos petram*, i.e. collidit. In Fut. Pih. occurrit hoc loco cum Affixo, ם.. ob quod (..) ultim. transitiu (:) R.117.

Verſ 10.

105 וְעַתָּה *Et nunc.* A עָתַת *tempestivè aliquid egit*, venit. Adverb. temporis præsentis vel mox venturi, עַתָּה *nunc, jam*, q. hoc tempore. Cum Præfix. וְעַתָּה *Et nunc.* Et in pausa וְעָתָּה Ps.119.67. Et absque ה, וְעַת Psal.74.6. מֵעַתָּה *ex hoc nunc*, Ps.121.9. i.e. ex hoc tempore.

106 הַשְׂכִּילוּ *intelligite*, A שָׂכַל *prudenter se gessit*: sed usitatius in Hiph. *intellexit, intelligere fecit*, q. intellectum, vel prudentiam fecit, sibi, vel aliis Inde in secunda perſ. pl. Imp. Hiph. הַשְׂכִּילוּ (cum dagesh leni post (:) R.17.) *facite ut intelligatis, studete ut sapientes sitis.*

107 הִוָּסְרוּ *erudimini vos.* A יָסַר *se erudivit*, verbo, vel reipsa, *castigavit.* Imper. plur. Niph. mutato (י) in ו dageshatum, R.56. הִוָּסְרוּ Targ. קַבִּלוּ מַסְּרוּתָא *accipite castigationem*, ad morum correctionem spectat.

108 שֹׁפְטֵי *judicantes*, id est, judices. Targ נְגִידֵי אַרְעָא *duces terræ.* A שָׁפַט *judicavit*, i.e. vel *simpliciter*, quæ bona agenda, vel mala fugienda sunt, pronunciavit; vel *relatè* justum absolvit, & injustum condemnavit. Benoni Kal pro Nomine, שׁוֹפֵט *judicans, judex*, vindex. Et absque ו, שֹׁפֵט. In pl. שֹׁפְטִים *judicantes, judices*, quorum officium erat docere populum mores divinos, & de causis civilibus dijudicare. In Regim. שֹׁפְטֵי R.34. Cum Præf. מִשֹּׁפְטֵי *à judicibus animæ ejus*, Ps.109.31. i.e. qui condemnant. Cum Affixo, שֹׁפְטֵיהֶם *judices eorum*, Psal. 141.6.

Verſ. 11.

109 עִבְדוּ *Colite.* A עָבַד *ser-*

servivit; dicitur de omni servitute, tã libera, quàm coacta; at de Deo & terra usurpatum, *coluit*. (Apud Chald. עֲבַד est *facere*, quòd servire sit aliquid agere.) Imper. plur. Kal. עִבְדוּ *servite, cultum exhibete*. Omittitur a. hic dagesh Lene post (:) quoniam hoc (:) profectum est ex vocali longa. Venit enim à sing. עֲבֹד.

110 בְּיִרְאָה *in timore*. A יָרֵא *timuit*. Nom. fœmin. יִרְאָה *timor, reverentia, pietas in Deum, religio*. In cultu enim Dei præcipuũ est, ut timeatur. Horat. vocat *Metum Deorum*. In Regim. facit יִרְאַת *timor* R. 34. Cum Præfixo בְּיִרְאָה *in timore*, לְיִרְאָה *ad timorem*. Cum Affixis, mutat ה in ת R. 104. fitque בְּיִרְאָתְךָ *cum reverentia tui*, לְיִרְאָתְךָ *in timore tuo*, וּכְיִרְאָתְךָ *& sicut timor tuus*. Psal. 90. 11.

111 וְגִילוּ *& exultate*, LXX. inserunt *Ei, Et exultate ei*. Targ. וְצַלּוֹ בִּרְתִיתָא *& orate in tremore*, גִּיל *exultare*, præ gaudio, vel lætitia, *gestire*; dicitur de ingenti lætitia (quomodo differt à שָׂמַח *lætari*) notátque propriè animi lætitiã, quæ gestu corporis aliquo exprimitur. Secunda perf. pl. ir. Imper. Hiph. (formæ קוּם) & analogicè esset הָגִילוּ, sed ה Characterist. per Aphæresin tollitur, fitque גִּילוּ exultate.

112 בִּרְעָדָה *in tremore*. A רָעַד *tremuit, contremuit*. Nom. fœm. absque pl. Invenitur bis in Ps. רְעָדָה *tremor*, Ps. 48. 7. Et cum Præfixo, בִּרְעָדָה ubi ב cũ *chir*. ob sequens (:) R. 6.

Vers. 12.

113 נַשְּׁקוּ *Osculamini*, Targ. קַבִּילוּ אוּלְפָנָא *accipite doctrinam*. LXX. δράξασθε παιδείας, *apprehendite disciplinam*. (Legerunt forsitan נִשְׁקוּ à נָשַׁק *apprehendit*, & בַר *filius*, acceperunt pro *puritate*, doctrinâ purâ.) A נָשַׁק *Osculatus est, osculum præbuit*. Imper. plur. Pih. נַשְּׁקוּ *osculamini filium*, in honorem & obedientiam.

114 בַר *filium*. Vocabulum propriè Syro-Chaldæum, pro Hebræo בֵּן *filius*. Inde nomina propria in N. T. *Simon* βὰρ ἰωνᾶ, βαρνάβας, βαρθολομαῖος, βαρτιμαῖος. In Bibliis legitur h. l. tantùm, & Prov. 31. 2. Cum

2. Cum Affixo, בְּרִי *fili mi*, pro Hebr. בְּנִי. Quidam exponunt, *Osculamini purum*, vel, *purè*, scil. Deum, à בָּרַר *purum esse*. unde בַּר *purus*.

115 פֶּן *ne fortè*. A פָּנָן *dubium esse, hæsitare*, fit פֶּן dubitantis & negantis particula, quæ semper additur futuris tantùm, idem valens, quod שֶׁלֹּא *Ne fortè, ne quando, ut non, ne*.

116 יֶאֱנַף *irascatur*. Ab אָנַף *flare naribus, ut solent irati*, id est, succensuit, iratus fuit Fut. Kal. quod bis legitur in Psalmis. In secunda pers. תֶּאֱנַף *irasceris*, Psal. 79. 5. & 85. 6. In tertia pers. יֶאֱנַף *irascetur*, ubi guttural. א (ut legi possit) habet sub se (ֱ) & mutat præcedens (.) in (ֶ) R. 13. pro יֶאֱנַף.

117 יִבְעַר *Exardescet*. A בָּעַר *arsit, exarsit, combustus fuit*. (cujus antitheton est כָּבָה *extinctus fuit*.) Fut. Kal. quod flectitur in Psal. in tertia pers. tantùm. Masc. יִבְעַר *cùm exarserit nasus ejus*, id est, irâ excandescens. Fœm. תִּבְעַר *ardebit, comburet*. Et cum ו Conversivo, וַתִּבְעַר *& exarsit*, (ignis) Psal. 106. 18.

118 כִּמְעַט *quasi parùm*. LXX. ἐν τάχει, *citò, in brevi*. A מָעַט *diminutus fuit*. Nom. masc. מְעַט *parvus, parvum, paucitas, modicum*. Cum Verbis transit in naturam adverbii, Ps. 8. 6. *Deficere fecisti eum* מְעַט *parùm ab Angelis*. Cum כ similitudinis, כִּמְעַט *secundùm, parùm, paulò minus, ferè, propemodùm, brevi momento*. In pl. assumit dagesh euphonic. R. 18. facítque מְעַטִּים *pauci*, Psal. 109. 8.

119 כָּל־ *omnes*. כֹּל (vide suprà Num. 33.) ob Maccaph. mutat ו in (ָ) R. 134. facítque כָּל־ *omnis, omnes, omnia*. Cum præfix. בְּכָל־ *in omni, in toto*. לְכָל־ *omnibus, omnes*, מִכָּל־ *ab omni*. וּמִכָּל־ *& ab omni*, כְּכָל־ *secundùm omne*. Notandum autem est, Masoram observâsse duo loca in Bibliis in quib' כָּל notatur cum accentu; ideóque hoc (ָ) in his locis longum est, ac efferendum *cal*, non *col*. Semel sic occurrit in Psalm. עַצְמֹתַי כָּל (*cal*)

(cal) *omnia ossa mea.* Psal.35.10. Et semel in Proverb. כָּל־אֲחֵי־רָשׁ *Omnes fratres pauperis.* Proverb.19.7.

120 חוֹסֵי *sperantes.* A חָסָה *recepit se ad aliquem, protectionem sub aliqua re quæsivit,* ubi sit tutus à cœli, aliâve injuriâ; translatum ad animum, eleganti metaphorâ significat *fidit, confidit, speravit.* Benoni Kal, quod in sing. facit, חוֹסֶה cum (ֶ) R.65. In plur. excluso ה. R.103. fit. חוֹסִים. *sperantes, confidentes.* Et cum ה Relativo הַחוֹסִים *qui confidunt.* Psal.18.31. & excluso ה Emphat. הַחוֹסִים בָּךְ *iis, qui confidentes in te.* Psal.31.20. in Regim. facit חוֹסֵי *confidentes.* Est autem hîc enallage status Constructi pro Absoluto חוֹסִים. Cæterùm hoc Verbum ferè semper construitur cum ב, ideóque sequitur.

121 בוֹ *in eo,* ב est præpositio *In,* & ו affix. singulare. Legitur & cum Præfixo, וּבוֹ *& in eo.* Ps.144.2.

Psalmus 3. ג.

122 מִזְמוֹר *Psalmus.* A זָמַר *putavit, præcidit;* in Pih. זִמֵּר *cecinit, modulatus est* carmen concisum & breve, personante aliquo musico instrumento. Nom. Heemanth. masc ine pl. מִזְמוֹר *Psalmus,* cantus poëticâ arte concinnatus, & instrumento musico decantatus. Occurrit 41. vicibus in Psalmis: & interdum habet additum שִׁיר *canticum*, vel, *cantilena*, ut Ps.30.65.67.68.75.76.87.92. מִזְמוֹר שִׁיר *Psalmus cantici.* i.e. carmen, quod priùs instrumento psallebatur, pòst effectum, ut corporea voce cani possit. E converso שִׁיר מִזְמוֹר Psal.48.66.83.88.108. *Canticum Psalmi,* i.e. priùs vivâ voce decantatum, ac deinceps instrumentis accommodatum.

123 לְדָוִד *Davidi,* scil. inspiratus. A דּוֹד *amicus, dilectus,* fit דָּוִד q. *amabilis* Legitur cum duobus Præfixis, לְדָוִד LXX. τῷ Δαυὶδ, *ipsi Davidi,* ita ut ל deserviat dandi casui, (qua in re non auctorem ipsum fuisse Psalmorum, sed amanuensem Sp.S. patet, ut ipsemet testatur, Psal.45.2.

Lingua mea calamus scribæ velocis.)

Et

Et elegit בְּדָוִד *Davidem*, Psal. 78.70.

124 בְּבָרְחוֹ *in fugere ejus*, i.e. in fuga ejus. A בָּרַח *fugit*, *aufugit*, (idem est cum נוּס, nisi quòd illud sæpe fit sine persequente. Infinit. Kal, בְּרוֹחַ *fugere*. At ob affix. ו (-) furtivum evanescit, R. 10. & ו transit in (ָ) ut habes R. 98. facítque cū ב nota Gerundii (quod circumlocutionem Conjunctivi efficiet, R 41.) בְּבָרְחוֹ *cùm fugeret ipse*, Ps. 52. 1.

125 מִפְּנֵי *à faciebus*, sive, ab irata facie. A פָּנָה *aspexit*, *respexit*, fit פָּנִים *facies*, *vultus*, quòd hinc inde respiciat. Et quoniam *Facies* plures habet partes, eásq; singulas geminas ut supercilia, oculos, genas, nares, labia, dentes, ideò Hebræis (ídque convenienter naturæ) dicitur in plur. tantùm. Porrò, cùm in facie, ira & furor dignoscitur, ideò *Facies* sæpe pro *indignatione* ponitur. In Regimine, mutato ים. in י.. *R.* 34. & (ָ) in (:) *R.* 114. fit פְּנֵי *facies*. Et cum Præfixo מ *R.* 74. מִפְּנֵי *à faciebus*, à conspectu, vel, propter.

126 אַבְשָׁלוֹם *Absalom*, Nomen proprium filii *Davidis*, qui fuit tertius Mahacæ filius, 2. *Sam.* 3. 3. Compositum ez אָב *pater* & שָׁלוֹם *pax*: q. pater pacis.

Vers. 2.

127 רַבּוּ *multi sunt*. A רָבַב *auctus*, *copiosus*, *multus*, *multiplicatus fuit*. Dicitur de quocunque augmento, sive quantitatis, sive qualitatis. Præter. Kal, quod per syncopē facit רַב plural. רַבּוּ R. 70. Et in pausa, mutato (-) in (ָ) רָבּוּ (quæ) *multiplicata sunt*, Ps. 4. 8. Cum præfixo, וְרַבּוּ *& multiplicati sunt*, Ps. 38. 20.

128 צָרָי *hostes mei*. LXX. οἱ θλίβοντές με, *qui tribulant me*, (id est, qui variis pungunt me aculeis, ut tribulis.) A צוּר *arctare*, *coarctare*, *angustum reddere*. Nomen participiale צָר *arctus*, *angustus*; & substantivè *angustia*, tam animi, quàm corporis. It. activè, *hostis*, *angustator*, eò, quòd ab hostib⁹ sæpe in angustias deducimur. Cum præfixis מִצָּר *ab angustia*, בַּצַּר *in hac angustia*, (excluso ה Emphat.) Psalm. 4. 2. Et cum (-) loco (ָ) מִצַּר *ab angustia*, Psalm. 32. 7. בַּצַּר *in hac angustia*, Ps. 18. 7. (quæ

quæ duo poſſunt comodè referri ad צָרַר) In pl. facit צָרִים *hoſtes*. Cum Affix. excluſo יִם R.105. צָרַי (& in pauſa cum (··) צָרֵינוּ *hoſtes noſtri*, מִצָּרֵינוּ *ab hoſtibus noſtris*, צָרָיו *hoſtes ſuos*, בְּצָרָיו *in hoſtes ſuos*, מִצָּרָיו *præ hoſtibus ejus*, צָרֵיהֶם *hoſtes eorum*. In fœmin. facit צָרָה *anguſtia, cruciatus*, unde cum præfixo מִצָּרָה *ab anguſtia*, Pſal. 143.11.

129 רַבִּים *multi*. A רָבַב (de quo Num. 127.) fit maſc. רַב *multitudo, copia, multus, multũ*. (unde *Rabbi*, magiſter, gradus dignitatis.) וְרַב & *multus*. In pauſa ſcribitur cum (ָ) רָב *multo*, Pſ. 19.11. In plurali aſſumit dagesh, ad ſupplendũ defectum literæ abſentis. R. 125. fitq; רַבִּים *multi*, רְשָׁעִים רַבִּים *impiorum magnorum*, Pſ. 37.16. Cum præfix. בְּרַבִּים *in multis*. לְרַבִּים *multis*.

130 קָמִים *ſurgentes*. A קוּם *ſurgere*, Benoni Kal. abject. ו R. 58. קָם *ſurgens, inſurgens*, In plur. ſemper in malum uſurpatur pro hoſtibus. קָמִים *ſurgentes*, Et cum ה Relativo, R. 76. הַקָּמִים *qui inſurgunt*: ac excluſo ה Relativo, R. 81. בַּקָּמִים *in eos, qui inſurgentes ſunt*, Pſ. 92.12. Cum affixis, excluſo יִם R. 105. fit קָמַי *inſurrectores meos*, Pſal. 44.6. קָמֶיךָ *inſurgentium in te*, Pſal. 74.22. pro קָמִים עָלֶיךָ &c.

131 עָלָי *contra me* עַל (vide ſuprà Num. 61.) ſuſcipit Affixa Nominum pluralium, R. 101. ac cum Affixis Levibus geſtat (ָ) cum gravibus verò (ַ) ut עָלַי (& in pauſa עָלָי) *contra me*, עָלַי נְדָרֶיךָ *ſuper me vota tua*, Pſ. 56.13. id eſt, meum eſt perſolvere ea, quæ tibi vovi. (cauſam importat.) מֵעָלַי *à ſuper me*, id eſt, à me, Pſ. 39.11. עָלֵינוּ *ſuper nos*, עָלֶיךָ *ſuper te*, *ad te*. *Retribuit* עָלָיְכִי *ſuper te*, Pſ. 116.7. (ubi Affix. Chaldæo-Syrum, pro fœm. עָלַיִךְ R. 146. עָלָיו *ſuper eum*. וְעָלָיו & *ſuper eum*, וְעָלֶיהָ & *propter illã*. Pſalm. 7.8. עָלֵימוֹ *ſuper eos*, עֲלֵיכֶם *ſupra vos*. עֲלֵיהֶם *ſuper illos*.

Verſ. 3.

132 אֹמְרִים *dicentes.* Ab אָמַר (ſuprà Num.89.) Benoni Kal. אֹמֵר *dicens.* pl. אֹמְרִים *dicentes.* Cum præfix. הָאֹמְרִים *qui dicunt,* Pſal.40.16. (cum ה Relativo.) בְּאֹמְרִים *in dicentes.*

133 לְנַפְשִׁי *animæ meæ,* i.e. mihi: *de anima mea,* נֶפֶשׁ *anima.* Nomen generis communis, ſed ſæpiùs fœm. Eſt principalior & nobilior pars totius compoſiti, & in latitudine ſuâ non ſolùm *animam rationalem* continet, verùm etiam *ſenſitivam,* cum ſuis potentiis: unde ſumitur pro *halitu, vitâ,* (quæ in motu & ſenſu conſiſtit) *deſiderio, affectu,* &c. Non rarò etiam pro *corpore,* tam animato, quàm exanimi, *cadavere,* (ſed hominis tantùm.) Et per Synecdochen ipſa *perſona cujuſque.* In pauſa facit נָפֶשׁ Pſ.19.7. Cum præfix. וָנֶפֶשׁ *& anima. Ne tradas me* בְּנֶפֶשׁ *in animam inimicorum meorum.* Pſalm. 27.12. Targ. בִּרְעוּת *in voluntatem,* deſiderium. *Inimici mei* בְּנֶפֶשׁ *in anima,* Pſ.17.8. i.e. *capitales,* vel ut Targ. בִּרְעוּת נַפְשְׁהוֹן *in voluntate animæ ſuæ.* Cum Affixis, mutat utrumque (..) in (:) R.122. & prius (: in (-) R.6. facítque נַפְשִׁי *Anima mea in medio leonum,* Pſ.57.5. Targ. גִּשְׁמִי *corpus meum.* (Et cum ו loco (י) נַפְשׁוֹ, Pſ.24.3. ubi ſecundùm puncta eſt נַפְשִׁי & ſecundùm literas נַפְשׁוֹ *anima ejus.*) וְנַפְשִׁי *& anima mea,* בְּנַפְשִׁי *in anima mea* לְנַפְשִׁי *ad animam meam.* בְּנַפְשִׁי *in anima mea.* נַפְשְׁךָ *animam tuam.* נַפְשֵׁנוּ *anima noſtra. In ferrum venit* נַפְשׁוֹ *anima ejus* Pſalm.105.18. i.e. corpus ejus, וְנַפְשׁוֹ *& anima ejus.* בְּנַפְשׁוֹ *in anima ſua.* נַפְשָׁם *anima eorum. Et miſit maciem* בְּנַפְשָׁם *in animam ipſorum,* Pſ.106.15. i.e. corpus. *Vt peterent cibum* לְנַפְשָׁם *pro anima eorum,* Pſ.78.18. id eſt, pro deſiderio ſuo In plur. mutato priori (..) in (:) & poſteriori in (ּ) R.122. fit נְפָשׁוֹת *animæ.* In Regim. converſo (-) in (:) R.114. prius (:) tranſit in (-) R,6. fitq; נַפְשׁוֹת *animas beneficiorum ſuorum,* Pſ.97.

Psal. 97.10. וְנַפְשׁוֹת *& animas pauperum*, Ps. 72.13.

134 אֵין *non*, vel, *nulla*, אֵין est particula negativa, idē quod לֹא *non*: vel nominaliter, *nullus, a, um, nihil*. Cum Præfix. כְּאַיִן *sicut nihil*, Psal. 39.6. Et Ps. 73.2. כְּאַיִן Targ. כִּלְמָא *propemodùm effusi sunt gressus mei*. וָאַיִן *& nullus*, Psalm. 69.21. (ubi ו ante accentum distinctivum Athnach, gestat (ָ) R. 7.8. Cum Præfixo מ, est adverbium loci, idem quod מֵאַן *unde*! Ps. 121.1. מֵאַיִן *unde veniat auxilium meum*. Sæpiùs per contractionem effertur אֵין *nullus, nemo, nihil*: & præponitur Nominibus, ac Participiis, non autem Verbis, Psal. 18.42. וְאֵין מוֹשִׁיעַ *& non salvās*, Ps. 146.3 שֶׁאֵין לוֹ תְשׁוּעָה *cui non illi salus*, i.e. in quo non est salus.

135 יְשׁוּעָתָה לוֹ (non) *omnimodo salus ei*, i.e. nulla prorsus, actum jam est de ipso. (Fuerat enim tum Proverbium contra David, Ei, *qui furatus est ovem*, (Bethsabeam) *& occidit pastorem* (Uriam) *poterit esse salvatio?* A יָשַׁע *salvavit*, Nom. fœm. יְשׁוּעָה *salus*, &, ad majorem auxesin, cum duplici signo fœminino ה & ת, R. 27. יְשׁוּעָתָה *omnimoda salus*, quomodo ter tantùm legitur in Bibliis, Jon. 2.9. hoc loco, & Ps. 80.3. cum Præfixo, *Et adsis* לִישֻׁעָתָה לָנוּ *ad omnimodam salutem nobis*, ubi (ֻ) est pro ו R. 107. & (:) sub י tollitur ob præcedens (*chir.*) R. 8.

136 לוֹ *ei*, ל est nota Dat. & ו affixum: facítq; לוֹ *ei, sibi*, וְלוֹ *& ei*. Notandum autem hìc est, ל habere dagesh forte quod Hebræis dicitur *Athe merahhok*. Vide Reg. 134. n. 2.

137 בֵּאלֹהִים *per Deum*. A sing. אֱלוֹהַּ *Deus*, (quod quater legitur in Ps. 18.32. 50, 12. 114, 7. 139. 19.) fit pl. אֱלֹהִים excluso (ַ) furtivo, & punctulo Mappik, R. 10, & 11. Est autem ELOHIM unum ex præcipuis Dei nominibus, & ei tribuitur, in quantum est Conditor. Rector, Gubernator, Princeps & Judex Universi. Ex consuetudine hujus Linguæ ferè semper pluraliter ponitur, ídq; ad ejus summam majestatē & singularem gloriam indicandam. Tribuitur autem hoc nomen *Elohim* non solùm *vero Deo*, verùm etiam *Angelis & homini-*

bus magnis, qui aliis præſunt & proſunt. *Angelis*, Pſalm. 8. 6. *Minuiſti eum paulò minùs* מֵאֱלֹהִים *ab Angelis*, Pſ. 86. 8. *Non eſt ſimilis tui* בָאֱלֹהִים *inter Deos*. Targ. בְּאַנְגְּלֵי מְרוֹמָא *inter angelos excelſos*, Pſ. 97. 7. *Incurvate vos ei omnes Dii*; i. e. Angeli, ut exponitur Hebr. 1. 6. *Iudicibus & Magiſtratibus*, Pſ. 82. 1. *In medio Deorum judicat*, Pſ. 138. 1. *Coram Diis pſallam tibi*, &c. Denique ipſa *ſimulachra*, & *Dii fictitii*, nomine *Elohim* vocantur, quòd illis ſui cultores vim quandam divinam attribuerent, Pſ. 96. 5. *Omnes* אֱלֹהֵי הָעַמִּים *Dii populorum idola*. Cum ה Emphat. *Civitas* הָאֱלֹהִים *ipſius Dei*, Pſal. 87. 3. Cum Præfixis וכלב habet (¨) quieſcente א, R. 82. בֵּאלֹהִים, pro בָּאֱלֹהִים, *in Deo*, vel *per Deum*, jurantis (Legitur etiam בָאֱלֹהִים Pſ. 86. 8. excluſo ה Emphat. ſed forſitan metri causâ.) לֵאלֹהִים *ad Deum*, Pſ. 42. 3. כֵּאלֹהִים *ſicut Deus*, Pſal. 77. 4. In Regimine facit אֱלֹהֵי *Deus*, לֵאלֹהֵי *Deo*, מֵאֱלֹהֵי *à Deo*. Cum Affixis, excluſo ם. R. 105. facit אֱלֹהַי (& in pauſa אֱלֹהָי) *Deus mi, meus*, מֵאֱלֹהַי *à Deo meo*, לֵאלֹהַי *Deo meo*, וֵאלֹהַי & *Deus mi, meus*, וּבֵאלֹהַי & *in Deo meo*, אֱלֹהֵינוּ *Deus noſter*, וֵאלֹהֵינוּ & *Deus noſter*, לֵאלֹהֵינוּ *Deo noſtro*, אֱלֹהֶיךָ *Deus tuus* maſc. אֱלֹהַיִךְ *Deus tuus* fœm. Pſal. 146. 10. אֱלֹהָיו *Deus ejus*, אֱלֹהֵיכֶם *veſter*, אֱלֹהֵיהֶם *illorum*. Cæterùm etymon hujus vocis eſt incertum; nulla enim ejus radix verbalis apud Hebræos extat, niſi fortè velis ex Arabico أَلِهَ אָלַהּ (aliha) *colere, ſervire, adorare*. Deus enim ſummus ſolus religiosè colendus & adorandus eſt.

138 סֶלָה Vox hæc 71 vicibus legitur in Pſalmis, & ter in Habakuk. Quid ſignificet, valde incertũ eſt. Sit conjectura: A סָלַל *exaltavit, elevavit, viam lapidibus ſtravit*, ut emineat; fit סֶל *exaltatio, elevatio*, & cum ה adverbiali (geſtat enim accentũ in penult.) סֶלָה *in exaltatione, altè*: quia vox cantoris ibi erat ele-

elevanda, (unde forsitan in Musica, *Sol, la.*) & simul notanda quædam *exaggeratio* eorum quæ dicta sunt, q.d. *Nota bene, Considera hoc*, &c. V. G. h. l. *Multi dicunt animæ meæ, nulla prorsus salus ei, per Deum*, vel *in Deo! Sela*, Considera hoc, quàm deploranda est mea calamitas, quòd etiam Dei erga me paternam providentiam, & ejus miserationem, prorsus denegant! Verisimile etiam est, eos, cùm ad *Sela* perventum fuerat, pulsâsse organa: nam ferè semper in illis psalmis occurrit, quæ nomine מִזְמוֹר prænotantur. Targum לְעָלְמִין *in æternum*. LXX. διάψαλμα, (à διαψάλλω *percino*) quæ vox Suidæ est μέλους ἐναλλαγὴ *carminis, vel metri mutatio*. In Vulgata versione nullibi reperitur.

Vers.4.

139 מָגֵן *clypeus*. LXX. ἀντιλήπτωρ μου *susceptor meus*, h.e. protector, defensor. A גָּנַן *texit, protexit*. Nomen defect. Heemanth. מָגֵן *clypeus, scutum*, quo corpus tegitur & defenditur, וּמָגִן *& clypeus*, Ps. 84.12.

140 בַּעֲדִי *circa me*. A עָדָה *transivit*, fit עַד *Ad, Usque* *donec*. Et in forma Regiminis, עֲדֵי *usque*, Ps. 83.18. Amat Affixa Nominum pluralium, R. 101. ideóque facit עָדֶיךָ *usque ad te*, Ps. 65.3. Cum Præfixo ב, בְּעַד *in, pro, circa*, quod cum Affixis mutat (-) in sheva compositum (-:) R. 121. & punctat præcedentem, R. 13. facítque בַּעֲדִי *circa, vel, pro me. Et nox est lux* בַּעֲדֵנִי *circa me*, Ps. 139.11. LXX. ἐν τῇ τρυφῇ μου *in deliciis meis*. (Fortè legerunt בְּעֶדְנִי, à עֵדֶן *voluptas, deliciæ.*) בַּעֲדוֹ *pro eo*.

141 כְּבוֹדִי *gloria mea*, id est, qui me honorabilem & gloriosū reddis. A כָּבֵד *gravis fuit*, fit Nom. masc. כָּבוֹד *gloria, honor*, q. gravitas. Sumitur etiam pro *hominis anima*, quæ corporis est decor, majestásq; Cum Præfixo וְכָבוֹד *& gloria*, בְּכָבוֹד *in gloria*. הַכָּבוֹד *illius gloriæ*, In Regimine & Affixione mutato (-) in (:) R. 114. facit כְּבוֹד אֵל *gloriam Dei*, Psalm. 19. 2. וְכָבוֹד *& gloria*, כְּבוֹדִי *gloria mea*. Item *linguæ mea*, sive, *anima mea*, Ps. 17. 9. וּכְבוֹדִי *& gloria mea. Habita-*

culum כְּבוֹדֶךָ *gloria tua*, Psal. 26.8. וּכְבוֹדֶךָ *& gloriam tuam.* כְּבוֹדוֹ *gloria ejus*, בִּכְבוֹדוֹ *in gloria sua*, Psal.102.17.) ubi in ב omittitur dagesh lene post (:) quiesc. quoniam hoc (:) profectum est ex (-) R.16.

142 וּמֵרִים *& extollens.* A רום *altum, elatum, evectum esse.* Part. Hiph. excluso ו & compensato per (..) מֵרִים R. 58. ו *Et*, ante Labialem.

143 רֹאשִׁי *caput meum.* Nom. mas. genere ראש *caput, initium, principium* cujuslibet rei; *Summitas, cacumen, vertex*, Ps. 119.160. ראש *caput verbi tui veritas*, Targ. שֵׁרוּי *initium*, Psalm. 137.6. *Ierusalem* עַל־ראש *super caput lætitiæ meæ.* Targ. שֵׁרוּי *initium*, Psal. 141.5. *Oleum* ראש *capitis*, i.e. præstans. Cum Præfixis, הָראש *ipsum caput*, לְראש *in caput*, בְּראש *in capite*, i.e. summitate Psal.76.16. Cum Affixis, רֹאשִׁי *caput meum*, לְרֹאשִׁי *in caput meum.* לְרֹאשֵׁנוּ *in caput nostrum*, לְרֹאשׁוֹ *in caput ejus*, בְּרֹאשׁוֹ *in capite ejus*, רֹאשָׁם *caput eorum.*

Vers. 5.

144 קוֹלִי *Voce meâ*, cum ellipsi ב, pro בְּקוֹלִי Nom. masc. cum pl. fœm. קוֹל *Vox, sonus*, Comprehendit omnes sonos, etiam *tonitru*; quod Græcis est *φωνὴ δίος, Vox, Iovis.* Cum Præfix. מִקּוֹל *à voce*, וְקוֹל *& voce*, Ps. 98.5. בְּקוֹל *in voce*, לְקוֹל *ad vocem, voci.* Cum Affix. קוֹלִי *vox mea*, בְּקוֹלִי *voce meâ*, לְקוֹלִי *ad vocem meam*, (& cum defectu ו) קֹלוֹ *vocem suam*, Ps. 18.14. בְּקֹלוֹ *in vocem ejus*, Psal. 95.7. בְּקֹלוֹ *vocem suam*, Ps. 46.7. קוֹלָם *vox eorum.* In pl. fœm. cum Præfixo, מִקֹּלוֹת *à sonis*, Ps. 93.4.

145 אֶקְרָא *clamabo*, Targ. אֲצַלֵּי *orabo.* A קָרָא nomine, aut verbis, *vocavit, invocavit* voce significativâ, & cœptis verbis, *clamavit, inclamavit.* Fut. Kal, in quo א quiescit in (-) R.64. Flectitur; in Psalmis sic: אֶקְרָא *invocabo*,

אקראך

אקראך *inclamabo te*, Psal.86.7. יקרא *clamabit*. Item *nominabit*, Pſ.147.4. יקראני *vocabit me*, Pſal.89.27. ויקרא *& inclamavit*, Pſ. 50.1. (cum ו converſivo Futuri, R.79.) נקרא *invocabimus*, Pſ.80.19. ויקראו *clamabunt*, Pſ.147.9. (cum (ָ) loco (:) ob pauſam Sylluk. R. 132.) יקראהו *invocabunt ipſum*, Pſalm, 145.18. cum *kibb.* loco ו R.107.

146 ויענני *& exaudivit me*. Targ. *& recepit orationem meã*. Ubi nota, divinæ opis celeritatem deſcriptam eſſe per *vocabo* in futuro, & *reſpondit*, vel *exaudivit*, in Præterito, Cajetan. A ענה *incipere loqui, reſonare, reſpondere*, verbo, vel reipsâ, *exaudire, petitionem implere*. Item *humiliare, affligi*, quòd fortaſſis tali viro opus ſit aliorũ reſponſione & auxilio. Fut. Kal. quod in Pſalmis flectitur ſic: אענה *priuſquàm loquetur* (Targ. אסתגף *affligerer*) *ego errabam*, Pſalm. 119. 67. ואענה *& reſpondebo*, Pſ.119.42 תענה *reſpondebis*, Pſalm.22.3. (Formationem horum pete ſuprà ex Num.34.) Cũ Affixis, ה radicale tollitur, R.103. facítque אענך *reſpondebo tibi*, Pſ. 81.8. (pro analogo אענהך ubi ſublato ה radicali, Scheva compoſitum (ֱ) amittit ſuum (:) ob ſequens (:) R.15. ואענהו *& reſpondeboei*, Pſalm. 91. 15. תענני *exaudies me*, תעננו *proloqueris nobis*, Pſ.65.6. ותענני *& reſpondiſti mihi*, Pſ.119.26. cum ו converſivo Futuri, R.79. יענני *exaudiet me*, & cũ ו converſivo. R.79. ויענני *& reſpondit mihi*, יעננו *exaudiet nos*, יענך *exaudiet te*, Pſ. 20.2. (ubi (ֲ) ſub ע amittit ſuũ (:) ob ſequens (:) R.15. יענם *exaudiet eos*, ויענם *& reſpondebit eis*. In tertia perſ. fœm. apocopato ה, R. 67. תען *reſonabit lingua mea*, Pſal.119.172. pro תענה ubi ob (:) ſub intellectũ ſub ן, (ֲ) amittit ſuum (:) R.15.

147 מהר *ex monte* ſanctitatis ſuæ. Targ. *de monte domûs ſanctuarii ſui*. Intelligit montem Moriæ, in quo Templum ædificatum fuit à Salomone, quod David Prophetico ſpiritu jã proſpiciebat. הר vide ſuprà Num.84. Cum Præfixis, מהר

ex monte, ubi מ ante indageshabilē cum (..) R. 74. הָהָר *ille mons*, Pſ. 68. 17. (ubi poſtremū (ּ) eſt ob accentum Rebhia R. 131.) כְּהַר *ſicut mons* בְּהַר *in monte*, לְהַר *ad montem.* Cum Affixo, הַרְכֶם (in) *montem veſtrum*, Pſ. 11. 1. In pl. ſcribitur cum (ּ) ad compenſandum defectum τ8 dagesh. R. 125. conf. cum R. 19. facítque הָרִים *montes*, quod aliquando notat res altas & excellentes, Pſ. 18. 8. *Fundamenta* הָרִים *montium commovebuntur*, pro quo 2. Sam. 22. 8. habetur, שָׁמַיִם *cœlorum*. Cum ה Emphat. הֶהָרִים *ipſi montes*, Pſ. 114. 4.) ubi ה geſtat (ֶ) pro (ַ) ante gutturalē kametſatam, R. 109. (Et excluſo ה R. 81. בֶּהָרִים *in iſtos montes*, Pſal. 104. 32.

148 In fine hujus verſûs iterum ponitur סֶלָה (de quo dictum Num. 138.) q. d. *Nota bene.* Nam, de divino auxilio obtinendo, tanta fiducia erat Davidis, ut, cùm orare proponeret, jam ſe exauditum crederet.

Verſ. 6.

149 שָׁכַבְתִּי *accubui.* Targ. *ego requievi.* A שָׁכַב *cubuit, procubuit, accubuit*, dicitur de quacunque cubatione hominis. Præt. Kal, quod in Pſalmis flectitur ſic: Pſ. 41. 9. *Et qui* שָׁכַב *decumbit, non addet ſurgere*, Targ. מְרַע *ægrotat*, שְׁכַבְתִּי *cubui.*

150 וָאִישָׁנָה *& dormivi.* A יָשֵׁן *dormivit, ſoporatus fuit*, Fut. Kal, quod in Pſalmis flectitur ſic: אִישַׁן *dormiam* (ubi prima radic. (י) quieſcit in (ִ) R. 55.) וְאִישָׁן *& dormiam*, Pſ. 4. 9. cum (ּ) ob pauſam, וָאִישָׁנָה *& dormivi*, eſt cum ה parag. R. 102. & ו converſivo Fut. quod geſtat (ָ) ante gutturalem R. 79. תִּישַׁן *dormies*, יִישָׁן *dormiet*, Pſal. 121. 4. cum (ּ) ob pauſam R. 131.

151 הֱקִיצוֹתִי *evigilavi*, Targ. אִתְעָרֵת *expergefactus fui.* A קוּץ in Hiph. abjectâ mediâ radicali, R. 58. הֵקִיץ *evigilavit, expergefactus fuit.* In prima perſ. aſſumto ו ante תִי R. 62. הֱקִיצוֹתִי mutato (ֵ) in Scheva compoſ. (ֱ) R. 116.

152

152 יִסְמְכֵנִי *sustentabit me.* A סָמַךְ *sustentavit, stabilivit, fulcivit*, Fut. Kal, quod in Ps. legitur tantùm cum Affixis תִּסְמְכֵנִי *sustentabis me*, Ps. 51. 14. יִסְמְכֵנִי *suffulciet me.* Ubi ob Affixa, ֹ (quod est punctum terminale Futuri Kal.) transit in (:) R. 119.

Vers. 7.

153 אִירָא *timebo.* A יָרֵא *timuit, reveritus est.* Fut. Kal, quod in Psalmis flectitur sic: אִירָא *timebo*, (ubi (י) quiescit in (*chir.*) R. 55. & א in (ָ) R. 64.) *Ne* תִּירָא *timeas, si quis ditescat*, Ps. 49. 17. i.e. ne cures, יִירָא *timebit*, נִירָא *timebimus*, יִירְאוּ *timebunt*, וְיִירְאוּ *& timebunt*, Et in pausa יִירָאוּ *timebunt*, Ps. 64. 5. וְיִרְאוּ *& timebunt*, Psal. 40. 4.

154 מֵרִבְבוֹת *à myriadibus*, ingentem numerũ denotat; sicut Latina vox *sexcenta*; numer⁹ finit⁹ pro indefinito. A רָבַב *multiplicavit*, Nom. fœm רְבָבָה *myrias*, multitudo decem millium. וּרְבָבָה *& myrias*, Ps. 91. 7. in pl. facit רְבָבוֹת Et in Regim. correpto (ָ) in (:) R. 114. & verso priori (:) in (ִ) R. 6. fit רִבְבוֹת. At quædam exemplaria habent רִבֲבוֹת cũ (ֲ), quod sub non gutturalib⁹ est tantùm adventitium. Cum Præfixo, מֵרִבְבוֹת. Targum מִמְּצוּתָא דְעַמָּא *à lite populorum*, (respexit ad רִיב *litigavit rixatus fuit*.)

155 עָם *populi.* Vide infrà Num. 167.

156 סָבִיב *circumquaque.* A סָבַב *circumdedit*, fit סָבִיב *circuitus*, propriè est nomen. Vide infrà, Num. 771. sumitur etiam adverbialiter, pro *circà, circùm, circumquaque, circumcirca*, Ps. 12. 9. & cum Præfixo, מִסָּבִיב *ex circuitu, undiquaque*, Ps. 31. 14.

157 שָׁתוּ *posuerunt* contra me, i.e. aciem adversùs me instruxerunt, Targ. אִתְכַּנְּשׁוּ *congregati sunt.* A שׁוּת *ponere*, quod constructum cum עַל est hostile, *castra ponere*, Præt. Kal, quod in Psal. flectitur sic: שָׁת *posuit*, abjectâ secundâ radicali ו R. 58. definit in (ָ) R. 59 שָׁתוּ *posuerunt.* Et resoluto (ָ)

in(-) & dagesh, שַׁתּוּ *posuerunt* Ps.73.9. *positi sunt*, Psal.49.14. quasi esset à שָׁתַת.

Vers.8.

158 קוּמָה *Surge*. A קוּם *surgere*, (quod est Infinit. Kal, unde בְּקוּם *in surgendo*, Psal. 124.2. i.e. quando surgit.) Imperat. Kal, cum ה parag. קוּמָה *surge*, habet vim excitativam. וְקוּמָה *& surge*, subitò adsis, Psal.35.2.

159 הוֹשִׁיעֵנִי *Salvum fac me*, Targ. פְּרוֹק יָתִי *redime me*. A יָשַׁע quod in Hiph. mutato (י) in ו R.57. facit הוֹשִׁיעַ *salvavit, servavit*, à præsentissimo periculo *eripuit, auxiliatus fuit*. Imper. Hiph. quod in Ps. in secunda pers. flectitur sic: הוֹשַׁע & contractè הוֹשַׁע *salva*, Psal.86.2. Cum ה parag. הוֹשִׁיעָה *salutem affer*, Psal.12.2. וְהוֹשִׁיעָה *& salutem fer*, Ps. 86.16. Cum Affixis, הוֹשִׁיעֵנִי *salva me*, וְהוֹשִׁיעֵנִי *& salva me*, הוֹשִׁיעֵנוּ *salva nos*.

160 הִכִּיתָ *percussisti*. A נָכָה quod in Hiph. absorpto נ per dagesh, R.69. facit הִכָּה *percussit, feriit, cecidit*. Præt. Hiph. quod in Ps. flectitur sic: הִכָּה *percussit*, Psal.78.20. Cum Præfixo, שֶׁהִכָּה *qui percussit*, Psalm.135.8. (ubi שֶׁ ex אֲשֶׁר R.75.) הִכִּיתָ *percussisti* Psal.69.27.) ubi tertia radical. ה mutatur in (י) quiescens. R.66.

161 אֹיְבַי *inimicos meos*, Targ. כָּל־בַּעֲלֵי דְבָבִי *omnes auctores inimicitiæ meæ*. Ab אָיַב *inimicatus est, odit*. Nomen participiale Kal, אוֹיֵב (& absque ו, אֹיֵב) *inimicus*, q. inimicans, *osor*. Cum Præfixo, הָאוֹיֵב *ô inimice*, Ps.9.7. (ubi ה est nota Vocativi, R.33.) Cum Affix. & in pl. num. mutato (..) in (:) R.117. facit אֹיְבִי *inimicus meus*, מֵאֹיְבִי *ab inimico meo*. In pl. אֹיְבִים *inimici*, בְּאוֹיְבִים *in inimicos*. מֵאֹיְבִים *ab inimicis*. In Regim. אֹיְבֵי *inimici regis*, Ps.45.6. וְאֹיְבֵי *& inimici*. Cum Affixis, אֹיְבַי & אוֹיְבַי & אֹיְבַי *inimici mei*, מֵאֹיְבַי *ab inimicis meis*. וְאֹיְבַי *& inimici mei*, Psal. 18.

18.41.i.e.quod inimicos meos attinet, R.130.not. וּבְאֹיְבַי & *in inimicos meos*, אֹיְבֶךָ & אוֹיְבֶךָ *inimici tui*, אֹיְבָיו & אוֹיְבָיו *inimici ejus*, וְאֹיְבָיו & *inimici ejus*, וְאֹיְבֵינוּ & *inimici nostri*, אֹיְבֵיהֶם *inimicos eorum*.

162 לֶחִי *maxillâ*, in ignominiam. *Percutere maxillâ*, fuit signũ ignominiæ, ut videre est in Historia Samsonis. Aut *in maxillam*, quasi בַּלְּחִי. Ab inusitato לָחָה fit לְחִי *maxilla*, *mandibula*, *gena*. Legitur in Psalmis hoc loco tantùm, לֶחִי in pausa cum (ֶ) loco (ְ) R.132. Targ. לְסַתְּהוֹן *genas ipsorum*. LXX. *Percussisti adversantes mihi* ματαίως *sine causa*, fortè per Apocopen legerunt לְחִנָּם *gratis*, *sine causa*: sicque hæc verba *sine causa* non sunt jungenda cum *percussisti*, sed cum *adversantes mihi*. Potest etiam legi, μάτιας, h.e. *maxillas*.

163 שִׁנֵּי *dentes*. A שָׁנַן *acuit*, fit nom. commun. gen. שֵׁן *dens*, quòd dens sit acutus. Habet formam dualem, ob duplicem seriem dentiũ: facitq; שִׁנַּיִם *dentes*, mutato (ֵ) in (ִ) & expresso dagesh, R.125. In Regimine, converso יִם. in יֵ. R.34. שִׁנֵּי *dentes*. Cum Affix. שִׁנָּיו *dentibus suis*, שִׁנֵּיהֶם & שִׁנֵּימוֹ *dentibus eorum*. לְשִׁנֵּיהֶם *dentium eorum*, Psal. 124.6.

164 שִׁבַּרְתָּ *penitùs effregisti*. A שָׁבַר *fregit*, *rupit*. Præt. Pihel. שִׁבֵּר *confregit*, auget sẽsum, à Kal, ob dagesh: flectitúrque in Psal. h. m. שִׁבַּר *fregit*, Psal.76.4.cum (ַ) loco (ֵ) R.108. שִׁבַּרְתָּ *confregisti*, Psalm. 74.13.

Vers. 5.

165 לַיהוָה JEHOVÆ scil. est, vel *ad Iehovam* scil. pertinet, vel, *A Iehova est*, nam articulus לְ, hæc omnia importat. Ab Hebræis vulgò legitur לַאדֹנָי *Ladonai*, quoniam eandem punctationem sortiuntur: Targ. *A facie Domini redemptio*. De voce יְהוָה dictum est suprà Num. 16. hic perpendenda est cum Præfixis, מֵיְהוָה *à Iehova*, Psal.33.8. ad formam מֵאֲדֹנָי R.74. שֶׁיְהוָה *cujus Iehova*, Ps.144.15. omisso dagesh

in (ּ) ad formam שְׁאֲדֹנָי Et sic consequenter cū literis וכלב imitatur punctationem Nominis אֲדֹנָי R.82. וַיהוָה & Iehova, Psal.9.8. כַּיהוָה sicut Iehova, Ps.113.5. לַיהוָה Iehovæ, בַּיהוָה in Iehova, Psalm.34.3. וּבַיהוָה & in Iehova, Psal.26.1. Semel legitur וְלַיהוִה & Iehovæ, Psalm.68.21. ad formam לֵאלֹהִים R.82.

166 הַיְשׁוּעָה *ipsa salus*, יְשׁוּעָה *salus*. Vide suprà Num. 135. Cum ה Emphat. esset הַיְשׁוּעָה R.76. at dagesh ex (ּ) schevato tollitur, R.20. sicque (:) sub litera suâ naturâ dagesh. legitur, R.5. Cum Præfixis ו & ל, (:) sub (י) excluditur, quoniam istæ literæ gestant (*chir.*) profectū ex (:) R.8. facitque וִישׁוּעָה *& salutis*, Ps. 118.15. לִישׁוּעָה *in salutem*, Ps. 118.14. In Regimine facit יְשׁוּעַת *salutem* Israëli, Ps.14.7. & cum *kibb.* loco ו R.107. יְשֻׁעַת *salutem*, Ps.53.8. Cum Affixo, לִישׁוּעָתְךָ *ad salutem tuam*, Psal.119.66. & in pausa, לִישׁוּעָתֶךָ Ps.119.123.

167 עַמְּךָ *populum tuum.* A עָמַם *texit, operuit.* Nom. masc. עַם *populus*, multitudo hominum terram tegens & operiens. עַם *populus Dei Abraham*, Ps.47.10. LXX. *cum Deo Abraham* legerunt, עִם *cum.* Cum accentibus Regiis facit עָם Ps.3.7. Cum Præfixis, מֵעָם *è populo*, Ps.89.20. לְעָם *populo*, בְּעָם *in populo*, וְעָם *& populus*, הָעָם *populus ille*, Ps.33.12 Et excluso ה Emphat. לָעָם *huic populo*, Ps.68.36. בָּעָם *in hoc populo*, Ps.94.8. Cum Affix. & plurali numero assumit dagesh, ad compensandum defectum literæ absentis, R.125. facitque, עַמִּי *populus meus*, עַמְּךָ *populus tuus*, וְעַמְּךָ *& populus tuus. Obliviscere* עַמֵּךְ *populi tui.* fœm. Psalm.45.11. עַמּוֹ *populus ejus*, לְעַמּוֹ *populo suo*, בְּעַמּוֹ *in populum suum.* In plur. עַמִּים *populi*, וְעַמִּים *& populi*, הָעַמִּים *isti populi.* Et excluso ה Emphat. בָּעַמִּים *inter istos populos*, Psal.9.12.

168 בִּרְכָתֶךָ *benedictio tua.* A בֵּרַךְ *benedixit*, quod, cùm

cùm Deo tribuitur, significat *benefacere, bona conferre*. Nom. fœm. בְּרָכָה *benedictio*, copia & abundantia omnis boni. Cum Præfix. אֶת־הַבְּרָכָה *ipsam benedictionem*, Ps. 133. 3. לִבְרָכָה *in benedictionem*, Psalm. 37. 46. בִּבְרָכָה *in benedictione*, Ps. 109. 17. in quib' ב & ל notantur cum (.) ob sequens (:) R. 6. In Regimine, converso ה in ת & (ּ) in (:) R. 114. et priori (:) fit (.) R. 6. facit בִּרְכַּת *benedictio Iehovæ*, Psalm. 129. 8. Et cum Affixo, בִּרְכָתֶךָ *benedictio tua*. In plur. absoluto facit בְּרָכוֹת *benedictiones*, Ps. 21. 7. In constr. mut. (ּ) in (:) ut antè, בִּרְכוֹת *benedictiones boni*, Ps. 21. 4.

Hîc tertiâ vice occurrit סֶלָה & quoniam claudit Psalmum, inde constat, non exordiū alterius rythmi, aut sententiæ, &c. sed potiùs denotare vocis simul & mentis elevationem in Deum, cum perpensione eorū, quæ dicta fuerant, *O exuberantiam bonitatis Dei! &c.* Imò & Aben Esræ sententia hîc locum habere potest, quòd nimirum sit particula confirmans dictorum veritatem, *Verè, profectò, Amen.*

Psalmus 4. ד׳.

169 לַמְנַצֵּחַ *Archimusico*. A נָצַח *Vicit, Vrsit, Præfuit*. Nomen Participiale Pihel מְנַצֵּחַ *Vincens, Victor, Præfectus Præcentor*, cui cura est de re musica, instátq; ut ad finem debitum perducatur. לַמְנַצֵּחַ *præfecto* sc. cantorum, ad cujus imperium Psalmi decantabantur. Occùrrit in psalmis 35. vicibus Estque in forma emphatica לַמְנַצֵּחַ, pro לְהַמְנַצֵּחַ, sed ל excludit ה Emphat. R. 80. & dagesh ex litera schevata tollitur R. 20. cujus vicem Metheg supplere solet. R. 133. ideóque sæpiùs scribitur לַמְנַצֵּחַ cum Metheg, Ps. 5. & 6. &c. atq; sic hoc (:) est mobile. R. 5. LXX. εἰς τὸ τέλος, *in finem*, sc. Præfecto illi qui alios ad opera provocat, & urget, ut finem faciant.

170 בִּנְגִינוֹת *in instrumentis pulsatilibus*, LXX. ἐν ὕμνοις *in carminibus*. A נָגַן manu *pulsavit* aliquod instrumentū musicum, Nom. fœm. נְגִינָה *pulsatio fidium, musica modulatio, symphonia*. Et alia forma עַל־נְגִינַת *super pulsatione fidium*, Psal. 61. 1. Cum Affixo, *Recordabor* נְגִינָתִי *pulsationis meæ*, Ps. 77. 7. i.e. musicæ meæ. In plur. נְגִינוֹת, Cum Præfixo

וּנְגִינוֹת & *cantica*, vel carmina musica, loquentur. *bibentis ficeram* Psal. 69.13. בִּנְגִינוֹת *in pulsationibus fidium*, Ps. 6.1.

Vers. 2.

171 בְּקָרְאִי *In clamando me*, i. e. dum clamo. Targ. *In tempore orationis meæ*. A קָרָא suprà Num. 145 Infinit. Kal, qui regulariter esset קְרֹא At cum Affix. prima radical. suscipit (ְ) & secunda (:) R. 98. facítque קָרְאֵנוּ *clamare nos*, id est dum clamamus, Psal. 20.10. Et cum Præfixo, בְּקָרְאִי *in invocando me*, i. e. dum invoco, Ps. 4. 4. ubi ב efficit Gerundium in Do. R. 41.

172 עֲנֵנִי *exaudi me*. Targ. *Recipe me, Deus justitiæ meæ*, LXX. *Cùm invocarem*, εἰσήκουσέ μου *exaudivit me*. Legerunt in Præterito עָנָנִי *exaudivit me*. A עָנָה suprà N. 146. Imperat. Kal עֲנֵה *exaudi*, ubi ה quiescit in (..) R. 65. & gutturalis assumit (ֲ) R. 13. Cum Affix. ה radicale tollitur, R. 103. facítq; עֲנֵנִי *responde mihi*, וַעֲנֵנִי & *exaudi me*, Ps. 27. 7. Et cum ו loco (ו) וַעֲנֵנוּ Ps. 60. 7.

173 צִדְקִי (Deus) *justitiæ meæ*, i. e. largitor meæ justitiæ & sanctitatis. A צָדַק *justificavit*. Nom. masc. צֶדֶק *justitia*, de sermone *firmitas*, *veritas*, *fidelitas*. *Feci judicium* וָצֶדֶק & *justitiam*, Psal. 119. 121. (ubi ו ante Atnach gestat (ָ) R. 78. בְּצֶדֶק *in justitia*. Cum Affix. mutat utrumque (ֶ) in (:) R. 122. & prius (:) in (.) R. 6. facítque צִדְקִי *justitia mea*. כְּצִדְקִי *secundùm justitiam meam*, צִדְקְךָ *justitia tua*, כְּצִדְקְךָ *secundùm justitiam tuam*, צִדְקוֹ *justitia ejus*, כְּצִדְקוֹ *secundùm justitiam ejus*.

174 הִרְחַבְתָּ לִּי *dilatari fecisti me*, i. e. ex angustia liberâsti & exhilarâsti me. A רָחַב *dilatatus*, *ampliatus fuit*, de corde *exhilaratus fuit*, nam in tristitia cor cõtrahitur, in lætitia dilatatur. Præt. Hiph. quod in Psalmis flectitur sic: הִרְחַבְתָּ *dilatâsti*, הִרְחִיבוּ *dilatatæ sunt* Ps. 25. 18. scil. angustiæ ob multitudinem.

175 לִי *mihi*) Pronom. Dativi casûs, R. 36. ubi ל habet da-

dagesh dictum *Athe merahik*, de quo vide suprà Num. 136. וְלִי & *mihi*, vel *meus*, *est Menasseh*, Psal. 60, 9.

176 חָנֵּנִי *gratiosus esto mihi*, A חָנַן *misertus est*, *gratiam fecit*, *pepercit*, *condonavit*. Imperat. Kal, Esstq; regulariter חֲנוֹן at syncopatâ mediâ radicali R. 71. fit חוֹן Ob Affixa autem suscipit dagesh, & mutat ו in (ָ) R. 125. facítque חָנֵּנִי *misereremei*, vel *gratiosè largire mihi*, Ps. 119, 29. וְחָנֵּנִי & *miserere mei*, חָנֵּנוּ *miserere nostri*, Psal. 124. 5.

177 וּשְׁמַע & *exaudi*. A שָׁמַע *audivit*, *exaudivit*, *auscultavit*, Imperat. Kal, ac in Psalm. flectitur sic: שְׁמַע *exaudi*, וּשְׁמַע & *audi*, (ubi ו gestat ו ante literā shevatāR. 78.) שִׁמְעָה *audi*, Psal. 17. 1. (ubi ob ה paragog. R. 102. (ְ) transit in (ִ) R. 121. & prius (ְ) in (ַ) R. 6.) In fœm. שִׁמְעִי *audi filia*, Ps. 45. 11. In pl. שִׁמְעוּ *audite*, Ps. 34. 12.

178 תְּפִלָּתִי *supplicationem meam*. A פָּלַל de causa & lite *judicavit*. It. *ad judicem supplicavit*. Nom. fœm. Heemanthic. תְּפִלָּה *oratio*, *precatio* propriè per mediatorem ad judicem supplicatio, Ps. 109. 4. *Et ego* תְּפִלָּה *oratio*, i. e. orationi deditus, Targ. אֲצַלִּי *orabo*. In Regim. תְּפִלַּת *orationem nudatissimi*, Psal. 102. 18. בִּתְפִלַּת *in orationem populi tui*, Ps. 80. 5. Cum Affix. mutato ה in ת facit תְּפִלָּתִי *supplicatio mea*, וּתְפִלָּתִי & *supplicatio mea*, תְּפִלָּתָם *supplicatio eorum*. In plur. תְּפִלּוֹת *supplicationes*, *preces*, Psal. 72. 20.

Vers. 3.

179 בְּנֵי־אִישׁ *Filii viri*, LXX. Υἱοὶ ἀνθρώπων *filii hominum*. Est Apostrophe ad aulicos Saulis: nam בְּנֵי־אִישׁ vocantur filii *nati viro præstanti*, אִישׁ enim notat hominem potentem, principem illustrem. At בְּנֵי אָדָם sunt *nati plebejo homine*. Nomen enim אָדָם vel אֱנוֹשׁ

אֱנוֹשׁ usurpari solet, cùm de miseris & abjectis hominibus agitur. Discrimē hoc percipitur ex Ps. 49.3 גַּם בְּנֵי־אָדָם גַּם בְּנֵי־אִישׁ *Etiam filii hominis, etiam filii viri*, h.e. tam nobiles & potentes, quàm pauperes & ignobiles. Et Ps. 62.10. *Verùm tamen vanitas* בְּנֵי־אָדָם *filii hominis, mendacium* בְּנֵי־אִישׁ *filii viri*. Tale discrimen etiam est apud Latinos inter *Virum* & *Hominem*. Vir enim à virtute, qui eâ præstat, Hominis nomine, quicunque vulgaris, nuncupari consuevit. Unde verè Herodotus in Polyhymnia dixit: *Multos esse homines, paucos viros*. De formatione vocis בְּנֵי vide infrà Num. 569.

180 עַד־מֶה *Usquequò* עַד est particula interrogativa temporis. Vide suprà Num. 140. מָה Pronomen interrogat. Suprà Num. 50.

181 לִכְלִמָּה *in ignominiam* scil. erit. LXX. πότε βαρυκάρδιοι, ἱνατί; *Usquequò gravi corde! quare?* Pro כְּבוֹדִי *gloria mea*, legerunt כִּבְדֵי *graves* & לִכְלִמָּה acceperunt pro duabus dictionibus, commutato כ in ב, לֵב לָמָּה *corde, ut quid*. A כָּלַם in Niph. נִכְלַם *pudefactus, confusus fuit, puduit, erubuit*. Nom. fœm. כְּלִמָּה *ignominia, pudor, vituperium, dedecus*. (unde forsitan Latinum *Calumnia*.) Cum Præfix. וּכְלִמָּה *& ignominia*, לִכְלִמָּה *in vituperium*, (ubi ל cum (.) ob sequens (:) R. 6. Cū Affix. mutato ה in ת R. 104. כְּלִמָּתִי *ignominia mea*, וּכְלִמָּתִי *& ignominia mea*. Semper autem nomen hoc gestat dagesh euphonicum in tertia radicali.

182 תֶּאֱהָבוּן *diligetis*. Ab אָהַב *dilexit* (antitheton est verbo שָׂנֵא *odio habuit*.) quod dupliciter formatur in Fut. Kal. cum א quiescente in ו R. 53. וָאֹהֲבֵם *& dilexi ea*, Psalm. 119. 167. (ex אֹהַב *diligam*, ubi propter Affixum ם..(¨) mutatur in sheva compositum (-:) R. 117. cum ו conversivo, R. 79. Et cū א mobili, וַיֶּאֱהַב *& dilexit*, Ps. 109. 17. (cum ו conversivo) תֶּאֱהָבוּן *diligetis*, cum ן paragogico, quod secundæ radicali substernit (ָ) R. 102. n. 5. in quibus

bus duobus, prima radical. accipit (ֵ) quod punctat præcedentem cum (ִ) R.13.

183 תְּבַקְשׁוּ *studiosè quæritis.* Hæc est lectio Stephani, aliæ editiones habent sine dagesh, תְּבַקְשׁוּ. A בִּקֵּשׁ in Pih. בִּקֵּשׁ *quæsivit, studiosè requisivit,* (ubi dagesh significationem intendit.) In secunda pers. Plur. Fut. Pih. תְּבַקְשׁוּ. Cætera, quæ hîc desiderantur, vide infrà Num. 1142.

184 כָּזָב *mendacium.* A כָּזַב *mentitus est,* Nom. masc. כָּזָב *mendacium,* Pf. 62. 10. כָּזָב *mendacium sunt filii viri,* i. e. res inconstans, sicut halitus.

Hic sub finē istius versûs ponitur סֶלָה ut eò magis obstinatus animus inimicorū ostendatur: Unde Targ. *quæretis mendacium in æternum.*

Vers 4.

185 וּדְעוּ *Et scitote.* Vel, *Quin potiùs scitote,* ita ut ו habeat vim adverbii eligendi. A יָדַע suprà num. 47. Imperat. Kal, & abjectâ primâ radicali (י) R.54. flectitur sic in Psalmis דַּע וְדַע *& scito,* Pf. 139. 23. וּדְעוּ *scitote,* Pf. 100. 3. וּדְעוּ *& scitote,* Psal. 46. 11. (ubi ו ante literam shevatam gestat ו R, 78.)

186 הִפְלָה *selegit.* Targ. פְּרֵשׁ *separavit.* A. פָּלָה quod nō est in usu in Kal, sed in Hiph. Præt. הִפְלָה (ubi ה quiescit in (ָ) R.65.) *divisit, signo aliquo excellenti separavit.* Unde LXX ἐθαυμάστωσε *mirificavit,* insignem & celebrem fecit.

187 חָסִיד לוֹ *pium sibi,* cui bene vult. Targ. *misericordem sibi,* ubi Relativum לוֹ *sibi,* est in dandi casu, h. e. in sui gloriam & clientelam, LXX. τὸν ὅσιον αὐτοῦ, *sanctum suum.* Nom. radicale חָסִיד *pius, probus, benignus, beneficus,* qui alteri benefacit. Et relatum ad Deum significat *eum, qui à Deo beneficium accepit;* cui Deus benefacit, Pf. 145. 17. וְחָסִיד *& beneficus in omnibus operibus suis,* Deo tribuitur, qui propensus est ad largiendum. Cum Affix. mutato (ָ) in (ֲ) R.14. facit חֲסִידֶיךָ *benignum tuum,* Pf. 16. 10. i. e. quem benignitate prosequeris (ubi (י) redundat, ut notatū est in margine textûs.) לַחֲסִידֶךָ *sancto tuo,* Pf. 89. 20. In pl. *In congregatione* חֲסִידִים *sancto-*

ſanctorum Pſ.149.1.Cum Affix. *Congregate mihi* חֲסִידָי *beneficos meos*, Pſ.50.5.i.e.quos benevolentiâ proſequor: חֲסִידֶיךָ (*coram*) *beneficis*, Pſalm.52.11. וַחֲסִידֶיךָ *& benefici tui*, Pſ.132.9. וַחֲסִידֶיהָ *& beneficos ejus*, Pſalm.132.16. *Pſallite Iehovæ*, חֲסִידָיו *pii ejus*, Pſal.30.5. qui ejus bonitatem experti eſtis. *Non derelinquet* אֶת־חֲסִידָיו *beneficos ſuos*, Pſal.37.28.quos benevolentiâ proſequitur *Mors* לַחֲסִידָיו *ſanctorum ejus*, Pſal. 116.15.

188 יִשְׁמַע *audiet*. A שָׁמַע *audivit, exaudivit, intellexit, obedivit, acquievit*; quæ omnia pendent ab *Audire*, ſi enim nō audieris, cætera vix obſervabis Fut.Kal, quod in Pſal. flectitur ſic: אֶשְׁמַע *audiam*, in pauſa אֶשְׁמָע *audiebam*, Pſalm.81.6. i.e. intelligebam. Et cum ה parag. mutato (-) in (:) R.123. אֶשְׁמְעָה *audiam*, Pſalm.85.9. תִּשְׁמַע *audies*, יִשְׁמַע & in pauſa יִשְׁמָע *audiet*, וַיִּשְׁמַע *& exaudivit*, Pſ.40.2.cum ו converſiv. תִּשְׁמָעוּ *audiveritis*, Pſ.95.7.cum (ˉ) ob pauſam, R.132. יִשְׁמְעוּ *audient*, & in pauſa יִשְׁמָעוּ Pſal.115.6. תִּשְׁמַעְנָה *audient aures meæ*, Pſal.92.12. i.e. cum voluptate audient.

189 בְּקָרְאִי אֵלָיו *in clamando me ad eum*. Vide ſuprà Num.171.

Verſ. 5.

190 רִגְזוּ *Commoveamini*. Targ. זוּעוּ מִנֵּהּ *Contremiſcite ab eo*, i.e. Deum timete, LXX. ὀργίζεσθε, *iraſcimini*, & ſic D.Paulus ad Epheſ.4.25. A רָגַז *horruit, trepidavit, tremuit*, præ metu, vel irâ. (Latinè, tremor, qui fit ob iram, verbo *Iraſcendi*, ob timorem *Horrendi*, redditur.) Imperativ. pl. Kal, רִגְזוּ.

191 וְאַל *& non*, אַל *ne, non*. Dehortandi particula, rariùs Negandi: & ferè Futuris tantùm præponitur. Geminata intendit deprecationem, Pſ.6.2. אַל ne in furore arguas me, וְאַל & ne in ira corripias me. Et ſic Pſ.25,2.121,3,&c.

192 תֶּחֱטָאוּ *peccabitis*. A חָטָא quocunque modo *erravit*, à via, vel ſcopo, *aberravit, deflexit*; *peccavit, deliquit*, q. à Lege divina deviavit. Fut.Kal,

quod

quod in Psalmis flectitur sic: אֶחֱטָא *peccabo*, Psalm. 119. 11. (ubi א quiescit in (ָ) R. 64. & gutturalis assumit (ֱ) R. 12. In secunda plur. תֶּחֶטְאוּ *peccetis*, ubi ob accentum Tiphcha, ט est cum (ָ) R. 132. not. pro analogo תֶּחֶטְאוּ.

193 אִמְרוּ *dicite*, examinate conscientiam vestram. Ab אֱמֹר Imper. Kal, אֱמֹר *dic*, Ps. 35. 3. cum (ֱ) pro (:) R. 12. pl. אִמְרוּ *dicite*, vel, *loquimini*.

2311 כַּחֲלוֹם *Sicut ſomnium*. Ab חָלַם *ſomniavit*, Nom. maſc. חֲלוֹם *ſomnium*, cum כ ſimilitud.

2312 בָּעִיר *in ſuſcitando*. A עוּר *evigilare*, in Hiph. ejecto ו. R. 58. הֵעִיר *excitavit, ſuſcitavit*, Infinit. Hiph. הָעִיר, at ב excludit characteriſtic. ה Conjugation. R. 81. בָּעִיר. *LXX* ἐν τῇ πόλει σου *in civitate tua*, acceperunt pro Nomine עִיר *urbs*.

Verſ. 21.

2313 יִתְחַמֵּץ *exacerbabitur* cor meum. Targ. יְחוּשׁ *contriſtabitur*; L X X. ἐξεκαύθη *inflammatum eſt*. Ab חָמֵץ, ſuprà Num. 2220. In Hithp. legitur h. l. tantùm, idque in Futuro.

2314 אֶשְׁתּוֹנָן (& in renibus meis) *acuor, pungor*. L X X. *& renes mei* ἠλλοιώθησαν, *commutati ſunt*, q. à שָׁנָה *mutatus fuit*. A שָׁנַן *acuit*, Fut. Hithp. per metatheſin ש & ת. R. 47.

R.47.cum ֹ,loco dagesh,R.73. & (ָ) ob pausam.

Vers. 26.

2315 שְׁאֵרִי caro mea. Targ. גְּשְׁמִי *corpus meum.* A שָׁאַר *superfuit*, Nom. masc. שְׁאֵר *caro*, q. pars reliqua animalis post animam.

Vers. 27.

2316 רְחֵקֶיךָ *longinqui tui* peribunt. LXX. *qui elongant se à te.* A רָחַק *longè abfuit*; Nom. masc. רָחֵק *longinquus, remotus.* pl. רְחֵקִים cum Affix.

2317 הִצְמַתָּה *excidisti.* A צָמַת *excidit, destruxit.* Præt. Hiph. cum ה parag. compensatâ tertiâ radicali ת per dagesh R.73. pro הִצְמַתְתָּה

2318 זוֹנֶה *fornicantem* abs te, i.e creaturis, q. adulteris adhærentem. *A* זָנָה *fornicatus, scortatus fuit*, corpore vel animo: eleganter transfertur ad religionem, Ben. Kal, exit in (ֵ) R.65.

Vers. 28.

2319 קִרֲבַת (& quod ad me) *appropinquatio Dei* mihi bona est, accessus Dei vel ad Deum. Targ. לְמִקְרַב כָּתַר פָּלְחָנָא דַיְיָ לִי טָב *accedere ad cultū Dei bonū est*, LXX. τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ *adhærere Deo. A* קָרַב *appropinquavit*, Nom. fœm. קְרָבָה *accessus, appropinquatio.* In Regim. (ָ) transit in (:) & prius (:) in *chirek.*

2320 מַלְאֲכוֹתֶיךָ *opera tua. A* לָאַךְ *operari*, Nom. F. Heemanth. מְלָאכָה *opus*, res quæ effecta est, artificium, (quomodo differt à מַעֲשֶׂה *actio*,) est formæ מַמְלָכָה, at Syrorum more, א suam vocalem præcedenti literæ schevatæ substernit, R.144, sicq; prius (:) redit, R.6. fitque מַלְאָכָה Psf. 107. 23. Plur. מַלְאָכוֹת & cum Affix. mutato (ָ) in (ֲ) R. 114.

Psalmus 74. עד.

2321 יֶעְשַׁן *fumabit* ira

tua,LXX. *iratus est furor tuus*, A עָשַׁן *fumavit*, Metaphoricè *iratus fuit*,quòd, ex comotione humorum & spirituum irati videntur q. fumum è naribus emittere, Fut. Kal, pro יֶעְשַׁן R.14. pl. וַיֶּעֱשָׁנוּ *& fumabunt*, Ps.104.32. cum (ָ) ob pausam.

2322 מַרְעִיתֶךָ (in oves) *pascui tui*. A רָעָה *pavit*, Nom.fœm.Heemanth. מַרְעִית *pascuum*. Cum Affix. *Et oves* מַרְעִיתֶךָ *pascui tui*, Ps.79.13. *Populus* מַרְעִיתוֹ *pascui ejus*, Psal.95.7.

Vers. 2.

2323 קָנִיתָ (congregationis tuæ, quam) *acquisivisti*, vel, ut LXX. *ἐκτήσω possedisti*. Præt.Kal קָנָה *acquisivit, possedit*,quoquo modo,generatione, industriâ,labore,pretio,&c in tertia fœm. קָנְתָה *acquisivit illa*,R.65.In secunda קָנִיתָ R.66.

2324 גָּאַלְתָּ *vindicâsti*. LXX. *ἐλυτρώσω redemisti*. Præt. Kal,à גָּאַל, suprà Num.934.

Vers. 3.

2325 הָרִימָה *Eleva*, A רוּם *elevatum esse*, in Hiph. ejecto ו,*R*.58. הֵרִים *levavit, elevavit*. Imper. Hiph. cum ה paragog.

2326 הֵרַע (omnia, quæ) *malefecit*. Præt. Hiph. suprà Num.646.

Vers. 4.

2327 מוֹעֲדֶךָ (in medio) *conventuum tuorum*, templi tui, quod plures partes habebat. A יָעַד suprà Num.45. Nom. Heemanth. converso (י) in (ו) R.164.n.1. מוֹעֵד *conventus, locus præfixus, tempus determinatum* ad conveniendum, tandem *festus dies*, quo homines conveniunt ad celebrandum Deum. Cum Affix. mutato (..) in (ֲ) *R*.116. מוֹעֲדֶךָ. Et sic in Plur. מוֹעֲדִים *Fecisti lunam* לְמוֹעֲדִים *in tempora*, Ps.104.19. Targ. לְמִמְנֵי בֵהּ זִמְנַיָּא *ut numerentur in eo tempora*, menses, dies, anni solennes, &c. In Regim. *Incenderunt omnes* מוֹעֲדֵי־אֵל *con-*

conventus Dei, infrà vers. 8. i. e. templum.

¶ שָׂמוּ אוֹתֹתָם אֹתוֹת *posuerunt signa sua signa*, i. e. vexilla bellica, q. trophæa victoriæ.

Vers. 5.

2328 יִוָּדַע *Ostentabit se*, scil. quisque eorum. A יָדַע *novit*, in Niph. נוֹדַע *notus fuit*, *notum se præbuit*, *ostentavit*, Fut. Niph. mutato (ו) in ו mobile, R. 56. יִוָּדַע *cognitus sit*, Ps. 79. 10. Cum ה interrogativo, R. 77. הֲיִוָּדַע *an cognitus est*; Ps. 88. 13.

2329 כְּמֵבִיא *sicut adducens*. Targ. *Sicut vir, qui levat manum suam in perplexitatem ligni, ut incidat securibus*. A בּוֹא *venire*. Part. Hiph. ejecto ו, R. 58. *faciens venire*, id est, adducens.

2330 לְמָעְלָה *supernè*. A עָלָה *ascendit*. Nom. Heemanth. degenerans in particulam, *suprà*, *supernè*: cum ל servili לְמָעְלָה, in pausa cum (ָ)

2331 בִּסְבָךְ *in perplexitate* arboris. A סָבַךְ *perplexus*, *implicatus fuit*, Nom. m. סְבֹךְ *perplexitas*, ob Maccaph. cum ֹ brev. R. 137.

2332 קַרְדֻּמּוֹת *secures*, Nom. quadriliter. קַרְדֹּם *securis*, in plur. assumit dagesh euphonicum, & quinquies legitur in SS.

Vers. 6.

2333 פִּתּוּחֶיהָ *sculpturas ejus*. LXX. τὰς θύρας αὐτῆς *januas ejus*, ex פְּתָחִים *janua*. A פָּתַח *aperuit*, pl. m. פִּתּוּחִים *cælaturæ*, q. materiæ apertura; cum Affixo.

2334 בְּכַשִּׁיל *asciâ*. A כָּשַׁל *impegit* fit כַּשִּׁיל *ascia*, *securis*, quòd ligna labefactet & decidere faciat. Hæc vox, ut & sequens, legitur h. l. tantùm in SS.

2335 וְכֵילַפּוֹת *& malleis*. Nom. Plur. fœm. & notat instrumenta, quibus lapides conteruntur, *bipennes*.

2336 יַהֲלֹמוּן *conquassabunt*. Ab הָלַם *tudit*, *contudit*, *conquassavit*, Fut. Kal יַהֲלֹם
&

& יְהָלוּם Cum Affix. יֶהֶלְמֵנִי contundat me justus, Psal. 141. 5. ubi ו transit in (:) R. 119. & (..) amitit suum (:) R. 15. Plur. cum ן paragog. יֶהֶלוּמוּן retento ו, ob pausam, pro (:) R. 135.

Vers. 7.

2337 שִׁלְּחוּ Miserunt in ignem sanctuarium tuum. pro ignem in sanctuarium: est hypallage. A שִׁלַּח misit, Præt. Pihel.

Vers. 8.

2338 נִינָם opprimemus eos. Targ. בְּנֵיהוֹן filios ipsorum, LXX. αἱ συγγένειαι αὐτῶν cognatio eorum, ex significatione נִין filius. A יָנָה oppressit, vim intulit, Fut. Kal, quiescente (י) in chir. R. 55. נִינֵה, cum Affix. excluso ה, pro נִינֵם, ם enim in Futuris poscit (..) R. 94.

2339 שָׂרְפוּ combusserunt, Præt. Kal, à שָׂרַף ussit, combussit.

Vers. 10.

2340 יְנָאֵץ irritabit. A נִאֵץ irritavit, blasphemavit, Fut. Pihel. compensato dagesh per (..) R. 19.

Vers. 13.

2341 פּוֹרַרְתָּ fregisti, labefactâsti. Targ. גְּזַרְתָּא divisisti. Targ. ἐκραταίωσας roborâsti, solidâsti, ut utrinque instar muri starent, Hebræis per medium transitum daret. A פּוּר frangere, rumpere, labefactare, Præt. Pih. quiescente in ו, & geminatâ tertiâ, R. 63.

¶ שִׁבַּרְתָּ רָאשֵׁי תַנִּינִים confregisti capita draconum, crocodilorum, qui dracones sunt aquatici: sic poëticè appellantur Ægyptii.

Vers. 14.

2342 רִצַּצְתָּ conquassâsti. A רִצֵּץ concussit, conquassavit, Præt. Pihel.

2343 לִוְיָתָן (capita) Leviathan, antonomasticè Principes Pharaonis. A לָוָה adjunxit, adhæsit, fit לִוְיָתָן cete,

draco marinus, vastissimum genus piscis, cujus membra & squamæ cohærent.

Vers. 15.

2344 בָּקַעְתָּ *fidisti.* Præt. Kal, à בָּקַע *fidit*, *scidit*, *rupit.*

2345 מַעְיָן *fontem.* A עַיִן *oculus*, Nom. Heemanth. מַעְיָן *fons*, q. oculus terræ. In Regim. cum ו parag. R. 102. n. 3. לְמַעְיְנוֹ *in fontem aquarum*, Ps. 114. 8. Plur. מַעְיָנִים *fontes* Psal. 104. 10. Cum Affix. *Omnes* מַעְיָנַי *fontes mei in te*, Psal. 87. 7. LXX. ἡ κατοικία *habitatio*, q. à מָעוֹן.

2346 הוֹבַשְׁתָּ *arefecisti.* A יָבֵשׁ *aruit.* Pr. Hiph. mutato (י) in ו, R. 57. הוֹבִישׁ *arefecit*, *siccavit.*

2347 אֵיתָן (flumina) *fortitudinis*, i.e. ingentia, aquis plena. Ab inusitato אית, vel אתן, fit אֵיתָן *fortis*, & substantivè *fortitudo*, *vehementia.* 13. legitur in SS. Aliâs אֵיתָן nomen proprium viri, musices gnari. *Ode didascalica* לְאֵיתָן *Ethanis* Psal. 89. 1.

Vers. 16.

2348 מָאוֹר (confirmâsti) *luminare* & solem. Targ. סִהֲרָא *lunam.* LXX. φαῦσιν *auroram.* Ab אוֹר *lux*, *lumen*, Nom. Heemanth. מָאוֹר *luminare*, luminis receptaculum (מ nomen instrumenti constituens, R. 23.) & junctum soli, significat *lunam*, In Regim. mutato (ָ) in (ְ) *Posuisti abscondita nostra* לִמְאוֹר *in luminari*, i. e. luce faciei tuæ, Tar. קֳבֵל נְהוֹר *coram lumine*, Ps. 90. 8.

Vers. 17.

2349 הִצַּבְתָּ *constituisti.* A יָצַב *stitit*, *constituit*, Præter. Hiph. converso (י) in dagesh, R. 69. n. 1. הִצִּיב *stare jussit*, *statuit*, *constituit.*

2350 גְּבוּלוֹת *terminos* terræ. A גָּבַל *terminavit*, *limites constituit*, Nom. masc. גְּבוּל *terminus*, *limes*, Cum Affix. *qui posuit* גְּבוּלֶךָ *terminum tuum.* f. Psal.

f. Psal.147.14. גְבוּלָם *eorum*, Psal.105.31. In fœm. גְבוּלָה idem. plur. גְבוּלוֹת.

2351 וָחוֹרֶף (æstatem) *& hyemem*. Ab חָרַף *probro affecit*, Nom.masc. absque plur. חוֹרֶף *hyems*, probrum æstatis; quæ, sævitiâ frigoris, omnia corrumpit, ו cum (ָ) R.78.

2352 יְצַרְתָּם *formâsti ea*. Targ. בְרָתִנּוּן *creâsti ea*. A יָצַר *finxit, formavit, innovavit*, Præt. Kal יָצַרְתָּ *formâsti*, Psal. 104. 26. Cum Affix. verò (ָ) transit in (ְ) In plur. יָצָרוּ *formârunt*, cum (ָ) ob pausam.

2353 תּוֹרֶךָ (animam) *turturis tui* i.e. Israëlitarū, qui non colunt, nisi te: sicut turtur, avis casta, non adhæret alteri Targ. *discentium legem tuam*, q. תּוֹרָתֶךָ. LXX. *confitentem tibi*, legerunt תּוֹדֶךָ, per ד ab הוֹדָה *confessus est*, Nom. Rad. תּוֹר *turtur*, avis nota ex genere columbarum, à sono, quem edit, nomen habens, quæ gemitum habet pro cantu: 13. legitur in SS.

Vers. 20.

2354 מַחֲשַׁכֵּי *loca obscura* terræ. Ab חָשַׁךְ *obscuratus fuit*, Nom. Heemanthic, מַחְשָׁךְ *locus tenebrosus, locus tenebrarum*, Ps. 88. 19. In plur. resoluto (ָ) in (ַ) & dagesh, R. 112. בְּמַחֲשַׁכִּים *in locis tenebrosis*, Psal. 88.7.&h.l. in Regim.

Vers. 21.

2355 נִכְלָם *confusus*, Part. Niph. à כָּלַם, suprà Num. 118.

PSALMUS 75. עה.

Vers. 2.

2356 הוֹדִינוּ Confitemur *tibi* vel. *Celebrabimus te*, Prima pers. plur. Præt. Hiph. ab הוֹדָה, suprà Num. 875.

Vers. 4.

2357 נְמוֹגִים *liquefacti*, terra, & omnes in cœlo ejus. A מוּג, suprà Num. 1716. Particip. Niph. exit in ו R. 60. נָמוֹג *liquefactus*

factus, dissolutus. In plur. mutato (ᵀ) in (:) R. 114.

2358 תִּכַּנְתִּי *ponderavi*. Præt. Pih. à תִּכֵּן *ponderavit, numeravit, expendit, aptavit*.

2359 עַמּוּדֶיהָ *columnas ejus*. A עָמַד *stetit*, Nom. masc. עַמּוּד *columna*, בְּעַמּוּד *in columna*, Pf. 99. 7. Plur. cum Affixo עַמּוּדֶיהָ.

Verſ. 5.

2360 תָּהוֹלּוּ *insaniatis*. Targ. *Dixi ad* מִתְלַעֲבִים *subsannatores, ne* תִּתְלַעֲבוּן *derideatis* LXX, *Dixi iniquis, nolite iniquè agere*. Ab הָלַל supra Num. 233. Fut. Kal, syncopatâ mediâ, R. 70.

2361 תָּרִימוּ (ne) *extoltetis*. A רוּם *altum esse*, Fut. Hiph. ejecto ו, R. 58. In secunda perf. וְתָרֵם *& attollit*, Psal. 92. 11. cum ו Conversf. ob quod (..) corripitur in (··) R. 126. pro תָּרֵם. In tertia perf. יָרִים *exaltabit*, infrà verſ. 8. Cum ו Converf. וַיָּרֶם *& extollit*, Psal. 148. 14. Pl. תָּרִימוּ *extolletis*.

Verſ. 6.

2362 בְצַוָּאר (ne loquamini) *in collo* durum, i.e. insolentiam cum collo extento, quod est animi elati indicium, LXX. *adversus Deum injustitiam*. Legerunt צוּר *petra Deus*. A צוּר *petra, fortitudo*, Nom. m. צַוָּאר *collum*, (cum א Protractivo) in quo animalium robur & fortitudo conspicitur, ad ferenda onera.

Verſ. 7.

2363 וּמִמַּעֲרָב (ab oriente) *aut ab occidente*. A עֶרֶב *vespera*, Nom. Heemanth מַעֲרָב *occidens*, regio cœli occidentalis. Cum Præfixo וּמִמַּעֲרָב, Pf. 107. 3.

2364 הָרִים (neque à deserto) *montium*, ut LXX. οὔτε ἀπὸ ἐρήμων ὀρέων *neque à desertis montibus*; quoniam præcedens Nom. מִמִּדְבַּר est in regim. Sic & Targ. *Ab austero loco montium*. Aliis est infinit. Hiph הָרִים *exaltare*, i.e. exaltatio, promotio: ex verſ. seq. *quia hunc humiliabit, hunc* יָרִים *exaltabit*.

Verſ. 9.

Verʃ. 9.

2365 חָמַר (& vinum) *rubuit, lutum excitavit, turbidum evaſit.* Eſt deſcriptio vini optimi effervefcentis. Ipſum thema.

2366 מֶסֶךְ (plenus ſcil. calix eſt) *diluto.* A מָסַךְ *miſcuit, diluit,* Nom. maſc. מֶסֶךְ *mixtio* vini & aquæ, *dilutum.*

2367 שְׁמָרֶיהָ *fæces ejus,* ſcil. calicis. A שָׁמַר *cuſtodivit,* Nom. plur. maſc. שְׁמָרִים *fæces,* q. vini cuſtodes: cum Affix.

2368 יִמְצוּ *exſugent,* bibent. A מָצָה *expreſſit, ore exſuxit.* Fut. pl. Kal, abjecto ה, R. 65.

Verʃ. 11.

2369 אֲגַדֵּעַ *ſuccidam.* A גָּדַע, in Pih. גִּדַּע *ſuccidit, diſcidit, reſecuit,* Pſal. 107. 16. Fut. Pih.

PSALMUS 76. עו.

Verʃ. 3.

2370 בְשָׁלֵם (Et fuit) *in Salem* habitaculum ejus. Targ. *in Ieruſalem.* LXX. ἐν εἰρήνῃ *in pace,* ex radicis ſignificatione. A שָׁלוֹם *pax,* fit שָׁלֵם *Solyma,* urbs in provincia Canaan, in qua olim Melchiſedek regnabat, poſt Jeruſalem dicta.

Verʃ. 4.

2371 רִשְׁפֵי (fregit) *prunas arcus,* i. e. ferra ſagittarum, quæ incaleſcunt inſtar carbonis. Nom. radicale רֶשֶׁף *carbo ignitus, pruna,* Plur. רְשָׁפִים *Et tradidit pecora eorum* לָרְשָׁפִים *prunis,* Pſ. 78. 48. i. e. fulgetris.

Verʃ. 5.

2372 נָאוֹר *Lucidus* tu. Ab אוֹר *luxit,* Particip. Niph. R. 61.

2373 טָרֶף (à montibus) *prædæ,* rapinæ, in quibus habitant beſtiæ rapaces. LXX. *à montibus æternis.* A טָרַף *rapuit,* Nom. maſc. טֶרֶף *rapina, præda,* Pſal. 124. 6. It. *eſca,* cibus, qui ex fera paratur, Pſ. 111. 5. In pauſa טָרֶף. Cum Præfix.

לְטָרֶף *in prædam*, Pſal. 104. 21. excluſo ה Emphat.

Verſ. 6.

2374 אֶשְׁתּוֹלְלוּ *Spoliârunt ſe*, ſcil. mente robuſti corde. Vel, *ſubduxerunt ſeſe*, ſcil. ex hoc mundo. Targ. *Abjecerunt à ſe arma bellica*. LXX. *turbati ſunt*. A שָׁלַל *prædatus eſt*, *ſpoliavit*, Præt. Hithp. הִשְׁתּוֹלֵל *ſpoliavit ſeſe* mente, *inſanivit*, *furiit*. Vel, *ſubduxit ſe*, *raptus*, *ſublatus fuit*, Fit per Metatheſin literarum, ש & ת, R. 47. cum א loco ה ex Chald. R. 139. & cum ו, loco dageſh, R. 72.

2375 נָמוּ *dormitârunt*. A נוּם *dormitare*, *dormiturire*, *paululùm dormire*, Præt. Kal, abjecto ו, R. 68. נָם plur. נָמוּ

2376 שְׁנָתָם *ſomnum ſuum*. A יָשֵׁן *dormivit*, Nom. fœmin. abjecto (י) R. 164. n. 1. שֵׁנָה *ſomnus*, *dormitio*, Pſal. 90. 5. שֵׁנָה *ſomnus erunt*, i. e. ſicut ſomnium in ſomno. Et cum א, loco ה, ex terminat. fœmin. Chald. *Sic dabit dilecto ſuo* שֵׁנָא *ſomnum*, Pſalm. 127. 2. in ſomno, in quiete, abſq; labore, ſicut homini dormienti. Et ex terminat fœm. ת, R. 27. *Si dedero* שְׁנָת *ſomnum*, Pſal. 132. 4 Cum. Affix, שְׁנָתָם

Verſ. 7.

2377 נִרְדָּם *ſopore obrutus*. Ab inuſitato רָדַם in Niph. נִרְדַּם *ſopitus*, *profundo ſomno oppreſſus fuit*, Particip. Niph.

Verſ. 9.

2378 הִשְׁמַעְתָּ *feciſti audire*, Præt. Hiph. à שָׁמַע *audivit*.

2379 וְשָׁקָטָה *& tranquilla fuit*, ſcil. terra. Præt. Kal, שָׁקַט *quievit*, *tranquillus fuit*, in fœm. שָׁקְטָה at in pauſa (:) tranſit in (ָ) R. 135.

Verſ. 11.

2380 שְׁאֵרִית *reliquias* furorum, i. e. ſuperſtites à furore hoſtium *cinges*, i. e. proteges, L XX. *reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi*, Nom. חֵמָה *calor*,

calor, acceperunt latiori significatione & verbum תְּחַגֹּר legerunt ab חָגַג *festum celebravit*. A שָׁאַר *reliquus fuit*, Nom. fœm. שְׁאֵרִית *reliquum, reliquiæ*.

Vers. 12.

2381 נִדְרוּ *vovete*. A נָדַר *vovit, Deo promisit*. Imper. Kal.

2382 וְשַׁלְּמוּ *& persolvite*. A שָׁלֵם Num. 1038. Imper. Pih.

Vers. 13.

2383 יִבְצוֹר *Pracidet*. Tar. יִזְעַר *minuet* spiritum principum. *LXX. aufert*. *A* בָּצַר *præcidit abrupit*, propriè uvas & fructus. Fut. Kal.

Psalmus 77. עז׳

Vers. 2.

2384 וְאֶצְעָקָה *& clamabo*. A צָעַק Num. 1351. Fut Kal, אֶצְעַק cum ה parag, converso (-) in (ּ) ob pausam. Plur. cum ו Conversiv וַיִּצְעֲקוּ *& clamârunt*.

2385 וְהַאֲזִין Aut est præterit. Hiph. pro הֶאֱזִין *& aurem inclinavit*, suprà Num. 218. Aut Infinitiv. pro Præterito, *& intendere mihi*, id est, intendit.

Vers. 3.

2386 נִגְּרָה (Dominum exquisivi manu mea,) *diffluxit* scil. oculus meus. Vel sic: Dominum exquisivi: manus mea nocte *tracta est*, id est, plaga morbi mei fluxit. LXX. *manibus meis nocte ἐναντίον αὐτοῦ coram eo*: legerunt à נֶגֶד *coram* A נָגַר *traxit, tractiùs fluxit, defluxit*, cùm de liquidis dicitur. Præt. Niph. נִגַּר *tractus fuit*, compensato נ per dagesh, R. 69.

2387 תָפוּג (& non) *cessabit*, A פּוּג *remissum esse, intermittere, cessare*, Fut. Kal, R. 60.

2388 מֵאֲנָה *renuit*. A מֵאֵן in Pih. compensato dagesh per (..) R. 19. מֵאֵן *renuit, recusavit, fastidivit*. Fœm.

Fœm, מְאֵנָה. Plur. מֵאֲנוּ *renuerunt*, Pſ.78.10.

2389 הִנָּחֵם *conſolari*. A נָחַם, Num.1067. Infin. Niph.

2390 נַפְשִׁי *anima mea*, ſuprà. Num.133.

Verſ. 4.

2391 אֶזְכְּרָה *Recordabor*, ſuprà Num. 396.

2392 אֱלֹהִים *Dei*, ſuprà Num.137.

2393 וְאֶהֱמָיָה *& infremam*. Fut. Kal, ſuprà Num.1536 cum ה, paragog. mutato ה radicali in (י) mobile, ne duo ה inter ſe collidantur.

2394 אָשִׂיחָה *meditabor*, ſuprà Num.1899.

2395 וְהִתְעַטֵּף *& obruit, involvit ſeſe*. A עָטַף, ſuprà N.2087. Præt. Hithp. הִתְעַטֵּף. LXX. ὠλιγοψύχησε *defecit*. In pauſa הִתְעַטָּף, Pſ.107.5.

2396 רוּחִי *ſpiritus meus*, ſuprà Num.40.

2397 סֶלָה *Sela*, ſuprà Num.138.

Verſ. 5.

2398 אָחַזְתָּ *Tenuiſti*, ſuprà Num.1740.

2399 שְׁמֻרוֹת *cuſtodias*, i.e. palpebras, (quæ cuſtodiunt oculos) ut illos claudere & dormire non potuerim. A שָׁמַר *cuſtodivit*, Nom. plur. fœm. שְׁמֻרוֹת *vigiliæ, cuſtodiæ*.

2400 עֵינָי *oculorum meorum*, Num.235.

2401 נִפְעַמְתִּי *perculſus ſum*. A פָּעַם *impulit, concuſſit*, Præt. Niph. נִפְעַם *impulſus, concuſſus fuit*, dicitur de animo nimiùm anxio, & ob id hominem quodammodo percutiente.

Verſ. 6.

2402 חִשַּׁבְתִּי *Cogitavi*. Targ. מָנִיתִי *numeravi* dies antiquitatis. Præt. Pih. ab חָשַׁב *cogitavit, numeravit, reputavit*, Pſ.119.59.

Verſ. 7.

2403 וַיְחַפֵּשׂ *& perſcrutatus eſt* ſpiritus meus. LXX. ἔσκαλλε

ἔσκαλλε fodiebat. Ab חָפַשׂ, ſuprà Num.2056. Fut.Pih.

Verſ. 8.

2404 לִרְצוֹת ad bene velle, L X X. εὐδοκῆσαι. A רָצָה Num.1571. Gerund.Kal, R.65.

Verſ. 9.

2405 הֶאָפֵס Num deſit? Præt.Kal. ex terminatione (..) אָפֵס finitus, conſumptus fuit, deſiit, ceſſavit, cum ה Interrogativo quod habet (·.·) ante guttural. Kametſatam, R.77.

Verſ. 10.

2406 חַנּוֹת (An oblitus eſt) gratiam facere? Ab חָנַן gratiam fecit, miſertus eſt, Infinit. Pih. pro חַנֵּן, ad formam Quieſcentium tertiâ ה, cui ſimile ſuprà Num.1380. Quanquam poſſit etiam eſſe Nom. pl. fœm. miſerationum.

2407 קָפַץ (an) contraxit. Ipſum thema קָפַץ continuit, clauſit, in fœm. קָפְצָה contraxit os ſuum, Pſ.107.41.

Verſ. 12.

2408 פִּלְאֶךָ (memor ero ab antiquo) mirabile tuum, Nom. radicale פֶּלֶא res ardua, mirum, mirabile. cum Affixo utrumque (·.·) in (:) & prius in chir. פִּלְאֲךָ mirabile tuum, Pſal. 89.6. in pauſa פִּלְאֶךָ, Pſal.88.13. Pl. ex forma fœm. פְּלָאוֹת mirabilia, Pſal.119.129.

Verſ. 13.

2409 וְהָגִיתִי & meditatus ſum. Præt. Kal, ab הָגָה, ſuprà Num. 19. In prima perſ. mutato ה in (י) R.66. הָגִיתִי, Pſ.143.5.

Verſ. 15.

2410 הוֹדַעְתָּ feciſti ſcire. A יָדַע novit. Præt. Hiph. mutato (י) in ו, R.57. הוֹדִיעַ notum fecit, Pſal.98.2. In ſecunda perſ. הוֹדַעְתָּ.

Verſ. 16.

2411 וְיוֹסֵף & Ioſeph. A יָסַף addidit, Gen.30.23. Et

vocabat nomen ejus יוֹסֵף *Ioseph, dicendo:* יוֹסֵף *addet Dominus mihi filium alium* : allusit ad vocem Futuri Hiphil. Scribitur etiam יְהוֹסֵף, unde cum Præfix. בִּיהוֹסֵף *In Ioseph,* Psalm. 81. 6. sublato (:) sub (י) R. 8.

Vers. 18.

2412 זֹרְמוּ *Inundatione effusæ sunt* aquæ (à) nubibus; imbris vehementissimi descriptio. Targ. אַחִיתוּ *demiserunt* aquas nubis. A זָרַם *inundavit* Præt. Pyh. cum ו, loco dagesh, R. 19.

2413 חֲצָצֶיךָ (etiam) *calculi tui* ibant : i.e. lapides grandinis. Targ. כֵּיפֵי גִירָרָךְ *lapides sagittarum tuarum,* LXX τὰ βέλη σου *sagittæ tuæ.* Ab חָצַץ *discidit,* Nom. masc. חָצָץ *calculus, scrupulus,* quòd sit à magnis lapidibus excisus, plur. cum Affixo.

Vers. 19.

2414 רַעַמְךָ (vox) *tonitrui tui.* Targ. אַכְלָיוּתָךְ *clamoris tui.* A רָעַם *tonuit, sonuit* Nom. masc. absque plur. רַעַם *tonitru, fragor, murmur, commotio,* Psal. 81. 8. *in abscondito* רַעַם *commotionis.* Cum Affix. רַעַמְךָ *tonitru tuum,* Ps. 104. 7.

2415 בַּגַּלְגַּל *in sphæra,* i.e. in cœlis. A גָּלַל *volvit,* Nom. masc. geminatâ primâ radicali, גַּלְגַּל *sphæra, rota,* quicquid circumvolvitur. Cum Præfix. בְּגַלְגַּל *in rota,* excluso ה Emphat. *Pone eos* כַּגַּלְגַּל *sicut rotam,* Ps. 83. 14. i. e. volubiles, ut citò rapiantur, & circumagitentur, ob levitatem.

2416 הֵאִירוּ *illuminaverunt* fulgura Orbem. Ab אוֹר *lucere,* Præt. Hiph. ejecto ו, R. 57. הֵאִיר *lucidum fecit, illuminavit,* Plur. הֵאִירוּ, Ps. 97. 4.

2417 רָגְזָה *contremuit* Præt. Kal, à רָגַז, suprà Num. 190.

Vers. 20.

2418 וּשְׁבִילֶיךָ *& semita*

ta tua. Nom. radicale שְׁבִיל *semita, meatus:* extat bis in SS. h. l. & Jer. 18. 15. Scribitur autem hic cum (י) q. esset plural. שְׁבִילֶיךָ *semitæ tuæ.*

2419 וְעִקְּבוֹתֶיךָ *& vestigia tua* non sunt cognita. Targ. וְרוּשְׁמַת פְּסִיעָתָךְ *& signa gressuum tuorum*, Nom. radicale עָקֵב *calx*, extrema pars pedis, *vestigium:* cum duplici plur. עֲקֵבִים & עִקְּבוֹת cum dagesh euphonic. עִקְּבוֹת. In Regim. correpto (..) in (:) עִקְּבוֹת *vestigia uncti tui*, Psal. 89. 52, h. l. cum *Affixo.*

Vers. 21.

2420 מֹשֶׁה (per manum) *Mosis.* A מָשָׁה *traxit, extraxit*, nomen proprium ducis Israelitici populi מֹשֶׁה *Moses*, qui fuit ex aquis extractus. Cū Præfix. לְמֹשֶׁה *Mosi*, Ps. 90. 1.

2421 וְאַהֲרוֹן *& Aaronis.* Primus Pontifex Hebræorum, frater Mosis. Aliis ab אָרוֹן *arca*, quòd, ut Pontifex, legem in scrinio cordis sui debebat observare. Aliis ab הַר *mons*, (ut א & ן sint Heemanth.) q. *montanus.* Cum Præfix. וְאַהֲרֹן *& Aaron*, לְאַהֲרֹן *in Aaronem*, Ps. 106. 16.

Psalmus 78. עח.

Vers. 4.

2422 נְכַחֵד (non) *celabimus.* A כָּחַד *abscondit, celavit*, prima pers. Fut. Pih. absorpto dagesh. LXX. οὐκ ἐκρύβη *non sunt occultata*; legerunt ex Niph. נִכְחַד.

2423 וֶעֱזוּזוֹ *& robur ejus.* A עָזַז *robustus fuit* עֱזוּז *robur, fortitudo*, וֶעֱזוּז *& robur*, Psal. 145. 6. ubi ו cum (∴) ob sequens (ֱ) R. 13.

Vers. 6.

2424 יִוָּלֵדוּ (filiis qui) *nascentur.* A יָלַד *genuit*, in Niph. נוֹלַד *genitus, natus fuit*, Fut. Niph. mutato (ו) in ו dageshatum, R. 56. cum (..) ob pausam.

Vers. 7.

2425 בְּכִסְלָם (posuerunt

in

in Deo) *spem suam*, ut Targ. & LXX. vel, *inconstantiam suam* כסל *stultitia*, suprà Num. 1770. Per antiphrasin (si placet) *constantia*, *spes*. Cum Affix. ut suprà 2408.

Vers. 8.

2426 ומרה *& rebellans*. A מרה, supra Num. 271. Ben. Kal, exit in (:.) R. 65.

2427 נאמנה (& non) *fidelis fuit*. Ab אמן, Præt. Niph. נאמן *verax*, *fidelis*, *constans*, *stabilis fuit*, Fœm. נאמנה, ob (:) sequens (:.) amittit suum (:) R. 14. Plur. נאמנו *veraces fuerunt*, vers. 37. *firma sunt*, Ps. 93. 5.

Vers. 9.

2428 נושקי *armati*. Targ. בזיני קרבא *cum armis bellicis*. A נשק *osculatus est*, נשק *arma*, *armatura*, quòd arma corpori adhæreant, q. illud exosculantia. Et inde Particip. Kal נושק *arma sumens*, *armis se muniens* Plur. Regim.

2429 רומי *jaculatores* arcu. A רמה *jecit*, *projecit jaculatus est*, Ben. Kal רומה, pl. רומים, in Regim.

Vers. 10.

2430 ללכת *ad ambulandum*. A ילך *ivit*, *ambulavit*. Infin. Kal, ejecto (י) R. 54. לכת, cum ל, quod gestat (-) R. 80. ללכת *ad veniendum*, Ps. 107. 7.

Vers. 12.

2431 צען (in agro) *Tsohan*, ubi primùm plaga apparebat, indéq; diffundebatur. LXX. in campo Τάνεως. Targ. טנס, quod ex Τάνις factum, ipsum verò Τάνις ex Hebr. צען, literis צ & ט permutatis, eliso ע. A צען *translatus fuit*, Nom. proprium civitatis Ægypti צען septem annis ædificatæ post Hebron, Num. 13 23. contra quam vaticinatus est Ezech c. 30. 14.

Vers. 13.

2432 ויעבירם *& transire*

ſire fecit eos. A עָבַר *tranſiit*, Fut. Hiph. cum ו Converſ. & Affixo.

¶ וַיַּצֶּב־מַיִם כְּמוֹ נֵד & *conſtituit aquas ſicut cumulum.* ſuprà Num. 1302. LXX. ὡσεὶ ἀσκὸν, *ſicut utrem*, legerunt נאד *uter.*

Verſ. 14.

2433 בֶּעָנָן (& duxit eos) *in ipſa nube.* A עָנַן *obnubilavit*, Nom. maſc. עָנָן *nubes, nebula*; excluſo ה Emphat. ubi (..) ſub ב. pro (-) ob gutturalem Kametſatam, R. 109.

Verſ. 15.

2434 יְבַקַּע *Fidit.* A בָּקַע *fidit, rupit, ſcidit*, Fut. Pih.

Verſ. 16.

2435 נוֹזְלִים (& eduxit) *fluenta*, ex petra LXX. ὕδωρ *aquam.* A נָזַל *fluxit, defluxit*, Nom. plur. maſc. נוֹזְלִים *fluenta*; cum Affixo וְנוֹזְלֵיהֶם & *fluenta eorum.* verſ. 44

Verſ. 17.

2436 לַמְרוֹת *ad exacerbandum* A מָרָה, ſuprà Num. 271, in Hiph. הִמְרָה *exacerbavit, ad iram provocavit*, Gerund. Hiph. R. 65. pro לְהַמְרוֹת excluſo ה characteriſtico, R. 81.

2437 בַּצִּיָּה *in ipſa ſiccitate.* LXX. ἐν ἀνύδρῳ *in inaquoſo*, Nom. radicale צִיָּה *ſiccitas, terræ ariditas*, terra arida, inculta & deſerta, Pſ. 107. 35. Pl. excluſo ה Emphat. בַּצִּיּוֹת *in ipſis ſiccitatibus*, Pſal. 105. 41. locis ſiccis.

Verſ. 18.

2438 וַיְנַסּוּ *Et tentaverunt.* A נָסָה, ſuprà Num. 1118. Fut. Pihel, excluſo ה, R. 66. cum ו Converſ. excidente dagesh. ex (י) R. 20.

2439 לִשְׁאָל־ *ad petendum.* A שָׁאַל *petiit*, Gerund. Kal לִשְׁאוֹל, at, ob Maccaph ו tranſit in *br.* R. 137.

2440 אֹכֶל *cibum.* Ab אָכַל *comedit*, Nom. maſc. אֹכֶל *cibus, eſca.* Cum Affix. (ut ſuprà Num. 85.) אָכְלָם *cibus eorum*, verſ. 30.

Verſ. 19.

2441 לַעֲרֹךְ *inſtruere* menſam. A עָרַךְ, ſuprà Num. 225. Gerund. Kal, ubi ל cum (-) ob ſequens (-:)

Verſ. 20.

2442 וַיָּזוּבוּ *& fluxerunt* aquæ. A זוּב *fluere, profluere*, Fut. Kal, cum ו Converſ. Pſalm. 105. 41.

Verſ. 21.

2443 וַיִּתְעַבָּר *& irâ percitus fuit*. *A* עָבַר *tranſivit*, in Hithp. הִתְעַבֵּר *iratus fuit, furiit*. q. in alium virum tranſiit. Fut. Hithp. cum ו Converſ. & (ׇ) ob pauſam.

2444 נִשְּׂקָה (ignis) *accenſus fuit*, A נָשַׂק, Præt. Niph. compenſato נ per dagesh, R. 69. נָשַׂק *accenſus fuit*, convenit cum נָסַק *aſcendit*. Eſt tertia perſ. fœm.

Verſ. 23.

2445 מִמַּעַל *supernè*, deſuper. מַעַל, in pauſa מָעַל, ſemper eſt, vel cum ה in fine, ut ſuprà Num. 2330. vel cum מ, aut ל, ab initio, notátque *ſuper, ſuperior locus*.

2446 וְדַלְתֵי *& januas* cœlorum, Nom. radicale דֶּלֶת *janua, tabula*, quâ oſtium clauditur. Duale דְּלָתַיִם *valvæ, januæ bifores*. In Regim. correpto (ׇ) in (:) prius redit in (-) & in forma fœm. pl. דַּלְתוֹת *valvas chalybis*, i.e. chalybeas, Pſalm. 107. 16.

Verſ. 24.

2447 מָן (& pluit ſuper eos) *Manna*. Vel eſt à מָנָה *numeravit, diſtribuit, præparavit*, (ut אָב *pater*, ab אָבָה) q. מָן ſit cibus munere datus, res deſtinata, donum datum; vel eſt admirantis & interrogantis מָן הוּא *Quid hoc? ignorabant enim*, מַה־הוּא *quid eſſet*, Exod. 15, 16. Etiamſi igitur מָן apud Chald. ſit Interogativum Perſonæ, *quis?* hic tamen litera ן interjecta eſt, euphoniæ cauſa, pro ה, ut ex ratione ſubjecta apparet.

Verſ. 25.

Verſ. 25.

2448 צֵידָה *eſcam* miſit illis. A צוּד *venari*. Nom. fœm. ſine pl. צֵידָה *venatio*, & quicquid venatione capitur: *cibus, eſca*. Cum Affix. צֵידָהּ *victui ejus benedicendo benedicam*, Pſal 132.15. LXX. τὴν θήραν *venationem ejus*.

2449 לָשֹׂבַע *in abundantiam*. ſuprà Num. 681. לְ cum (ָ) ob vocem Milhel, R. 80.

Verſ. 26.

2450 יַסַּע *Tranſtulit*. A נָסַע *motus, profectus eſt*, in Hiph. compenſato נ per dagesh, R. 69. הִסִּיעַ *proficiſci fecit, tranſtulit*, Fut. Hiph. cum (ַ) loco (ִ) R. 108. Cum ו Converſ. וַיַּסַּע *& tranſtulit*, verſ. 52. In ſecunda Perſ. cum (ִ) תַּסִּיעַ *tranſtuleras*, Pſ. 80.9.

2451 תֵּימָן *auſtrum*. LXX. λίβα *Aphricum*; Aphrica enim eſt ad partem meridianam. A יָמִין *dextra*, Nom. fœm. Heemanthic. תֵּימָן *meridies*, quòd reſpicienti ad Orientem ad dextram ſit: *Ventus meridionalis*. Latin. *Auſter* (ab hauriendo) qui è ſiccis locis flans. nobis eſt humidus propter mare: unde Hieronymo *pincerna pluviarum* dicitur.

Verſ. 27.

2452 וּכְחוֹל *& ſicut arenam*. Ab חוּל *dolere*, Nom. m. חוֹל *arena*, quòd nonnihil doloris, ſive moleſtiæ, viatori inferat. Cum Præfix. וּכְחוֹל *& ſicut arena*, מֵחוֹל *præ arena*, Pſ. 139.18.

Verſ. 31.

2453 בְּמִשְׁמַנֵּיהֶם (& occidit) *in pinguedinibus eorum*. Targ. מִגְּבָרֵיהוֹן *ex fortibus ipſorum*. LXX. ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν *inter plures eorum* legerunt à מָנָה *numeravit*. A שָׁמַן *pinguis, ſaginatus fuit*, Nom. fœm. Heemanth. מִשְׁמָן *pinguedo*, metaphoricè *fortis, magnus*. In plur. aſſumit dagesh euphonic. R. 18.

2454 וּבַחוּרֵי *& electos* Iſraël. A בָּחַר *elegit*, Nom. m.

בָּחוּר *electus, juvenis*, Pf.89.28. ex Pahul Kal; & ex Pihel, cum (-) בַּחוּר. plur. בַּחוּרִים, *juvenes*, Pf.148.12. In Reg. בַּחוּרֵי. Cum Affix. בַּחוּרָיו *juvenes ejus*, verf.3.

2455 הִכְרִיעַ *proftravit*. Targ. אַחְמֵט *humiliavit*. LXX. συνεπόδισεν *compedivit*, Præt. Hiph. fuprà Num. 718.

Verf. 33.

2456 וַיְכַל *Et confumpfit*. A כִּלָּה *perfecit, finivit*, tam in bonum, quàm in malum. Fut. Pih. יְכַלֶּה, at, ob ו Converf. apocopatur ה, R.67. & dagesh ex (י) & ל tollitur, R.20

Verf. 34.

2457 הֲרָגָם *occidit eos*. Præt. Kal הָרַג *occidit, interfecit*, וְהָרַג *& occidit*, Pf. 135.10. Cum Affix. (-) tranfit in (ָ) R.121. & (ָ) in (-:) R.114.

2458 וְשִׁחֲרוּ (& convertentur) *& diluculo quærent* Deū. Targ. וִיצַלּוֹן קֳדָם אֱלָהָא *& orabunt coram Deo*. Præt. Pih. abforpto dagesh, שִׁחֵר, fuprà Num. 2036.

Verf. 35.

Hic poft verf. 35, infèritur nota Maforetica, חֲצִי הַסֵּפֶר *Dimidium libri*, fcil. quoad verfus.

Verf. 36.

2459 וַיְפַתּוּהוּ. Targ. וְשַׁדְּגִינוּן לֵהּ *Et adblandiebātur ei* in ore fuo, LXX. *& dilexerunt eum*. A פִּתָּה *fuafit, perfuafit, de fententia movit*: In malum *feduxit, decepit*, Fut Pih. cum Affixo, & ו Converf. exclufo ה ad can. R.66.

2460 יְכַזְּבוּ *mentiti funt*. A כִּזֵּב *mentitus eft*; verbis, aut reipsâ, negavit, Fut. Pih. אֲכַזֵּב *mentiar*. Plur. יְכַזְּבוּ *mentientur*.

Verf. 38.

2461 רַחוּם *Mifericors*. A רָחַם fuprà Num 734. Nom. mafc. רַחוּם *mifericors*, Dei Epitheton, *miferator*, qui creaturas

ras amat earúmque miseretur. וְרַחוּם *& misericors*, Psal. 111.4.

2462 וְהִרְבָּה *& multiplicavit.* A רָבָה *multus fuit*, Præt. Hiph. הִרְבָּה, exit in (ׇ) R. 65.

2463 לְהָשִׁיב *ad avertendum.* LXX. *ut avertat.* A שׁוּב *redire, averti, reverti*, Gerund. Hiph. excluso ו, R. 58 לְהָשִׁיב, Psal. 106.23.

Vers. 40.

2464 יַמְרוּהוּ (quoties) *exacerbaverunt eum.* A מָרָה, suprà Num 271. Fut. pl. Hiph. ejecto ה, R. 66. Cum ו Convers. וַיַּמְרוּ *& exacerbârunt*, rebellârunt, v. 56.

2465 יַעֲצִיבוּהוּ *dolore affecerunt eum.* contristârunt. irritaverunt A עָצַב *doluit*, Fut. Hiph. cum Affix.

Vers. 41.

2466 הִתְווּ (sanctum Israëlis) *determinârunt*, limitârunt, quòd possit hoc facere, illud non: *an etiam panem potest dare?* &c. v. 20. A תָּוָה, præt. Hiph. הִתְוָה *signavit, designavit, determinavit, limitavit*, in pl. abjecto ה, R. 66. הִתְווּ.

Vers. 44.

2467 וַיַּהֲפֹךְ *Et convertit.* Ab הָפַךְ *vertit, convertit, mutavit* substantiam, formam, locum, Fut. Kal, cum ו Conversivo.

2468 יְאֹרֵיהֶם *flumina eorum.* Nom. radicale יְאֹר *rivus* agros irrigans. *flumen*; propriè dicitur de Nilo. Plur, יְאֹרִים, cum Affixo.

Vers. 45.

2469 עָרֹב (misit in eos) *mixturam.* LXX. *κυνόμυιαν* A עָרַב *miscuit*, Nom. masc. sine plur. עָרוֹב *mixtura, colluvies bestiarum*, ex multis speciebus, scil. quadrupedum, volatilium, insectorum. 8. legitur in SS.

2470 וּצְפַרְדֵּעַ *& ranam.* Vox potiùs est Ægyptiaca, quàm Hebraica: Isaac Barnabella, *crocodilum* ait, esse.

Aliis est compositum ex צְפַר *aurora* & דֵּעַ *scientia*, q. matutini temporis cognitio, quòd ranæ eo tempore vocaliores sint: unde & Chald. dicitur אוּרְדְּעָא ab אוּר *lux*, q. lucis cognitio.

Vers. 46.

2471 לֶחָסִיל *ipsi brucho.* Ab חָסַל *finivit*, *consumpsit*, *absumpsit*, Nom. masc. sine plur. חָסִיל *bruchus*, à depastione arborum & segetum, q. consummatorem dicas: quomodo Græcis & Latin. à βρύκω *comedo*. ל, ut suprà, Num. 334.

2472 וִיגִיעָם *& laborem eorum*, scil. dedit, i.e. res labore partas, per Metonym. A יָגַע *laboravit*, *fatigatus fuit*, Nom. masc. יְגִיעַ *labor*, It. *res* labore parta, proventus, Psalm. 128. 2. Cum Affix. יְגִיעוֹ *labor ejus*, Psal. 109. 11. וִיגִיעָם. pro וִיגְיעָם, excluso (:) R. 9.

2473 לָאַרְבֶּה *ipsi locustæ.* A רָבָה *multus fuit*, Nom Heemanth. masc. אַרְבֶּה *locusta*, insecti species, quam edere licitum fuerat, Levit. 11. nomen habens à multitudine, quòd magnâ copiâ augeatur, & agminatim progrediatur. Cum Præf. לָאַרְבֶּה, excluso ה Emphat. & כָּאַרְבֶּה *sicut ipsa locusta*, Psal. 109. 23.

Vers. 47.

2474 גַּפְנָם (occidit grandine) *vitem eorum* Nom. radicale גֶּפֶן *vitis*, כַּגֶּפֶן *sicut vitis*, Psal. 128. 3. Cum Affix. גַּפְנָם. ut suprà Num. 133.

2475 וְשִׁקְמוֹתָם *& Sycomoros eorum* fœm. Nom. radicale שִׁקְמָה *sycomorus*, (q. ficomorus) *ficus sylvestris*, arbor, foliis, moro similis, fructu ficui proxima. Est formæ שִׂמְחָה, ideóque facit plural. שִׁקְמוֹת, R. 32. cum Affix. autem corripit (ָ) in (:) & prius (:) in *chir*. Legitur h. l. tantùm in Plur. fœm. aliâs quinquies in plur. masc. שִׁקְמִים.

2476 בַּחֲנָמַל *in pruina.* Nom. quadriliterum חֲנָמַל legitur h. l. tantùm in SS. & ignoratur, quid sit. Aliis est *pruina vehe-*

vehementior, quæ arbores conterat; aliis *species grandinis.*

Vers. 48.

2477 וַיַּסְגֵּר *Et tradidit.* Ab הִסְגִּיר, suprà Num. 1232, Fut. Hiph. cum ו Convers. infrà v. 62.

2478 בְּעִירָם *bruta eorum.* A בָּעַר *exarsit*, ex usu Chaldæorum, *brutus*, *stolidus fuit*, Nom. masc. sine pl. בְּעִיר *brutum*; 6. legitur in SS.

2479 וּמִקְנֵיהֶם *&* *pecora eorum*, vel, ut LXX. τὰ κτήνη αὐτῶν *substantiam eorum.* A קָנָה *acquisivit*, *possedit*, Nom. m. Heemanth. מִקְנֶה *possessio pecoris, divitiæ in re pecuaria, pecus*, inde *pecunia.* In pl. abjecto ה, R. 103. מִקְנִים, cum Affixo מִקְנֵיהֶם.

Vers. 49.

2480 מִשְׁלַחַת *immissionem* angelorum malorum. A שָׁלַח *misit*, *immisit*, Nom. F. Heemanth. מִשְׁלַחַת *missio*, *immissio*.

Vers. 50.

2481 נָתִיב (regulabit) *semitam*, Nom. radicale נָתִיב *iter semita.* In Regim. correpto (ָ) in (ְ) בִּנְתִיב *in semita mandatorum tuorum*, Psal. 119. 35. In fœm. נְתִיבָה Idem. Cum Affix mutato ה in ת, R. 104. נְתִיבָתִי *semita mea*, Ps. 142. 4. לִנְתִיבָתִי *semitæ meæ*, Psal. 119. 105.

2482 לַדֶּבֶר *in ipsa peste*, LXX. εἰς θάνατον *in morte* A דָּבָר *verbum*, *res ipsa*, *negotium*, fit דֶּבֶר *pestis vastans*, q. res quædam apparens, quomodo differt à מַגֵּפָה *plaga*: unde, à Chaldæo plerumque per מוֹתָא *mors*, & à LXX. per θάνατος, redditur. Cum Præfixo לַדֶּבֶר, excluso ה Emphat. מִדֶּבֶר *à peste*, Psal. 91. 3. LXX. ἀπὸ πράγματος *à negotio*, legerunt מִדָּבָר.

Vers. 50.

2483 בְּכוֹר (omne) *primogenitum* Nom. radicale בְּכוֹר *primogenitus*, pl. בְּכוֹרִים in

in Regim. בְּכוֹרֵי *primogenita Ægypti*, Psal.135.8. Cum Affix. בִּבְכוֹרֵיהֶם *in primogenitos eorum*, Ps.136.10.

2484 רֵאשִׁית *principium*. *A* רֹאשׁ *caput*, Nom. F. רֵאשִׁית *principium* temporis, ordinis, numeri, dignitatis *primum* · *præstantissimum*. Est pro רֵאשִׁית, ad formam שְׁאֵרִית, more Syrorum, R.144.

2485 אוֹנִים *virium*, i. e. primogenitus. LXX. primitias omnis πόνου αὐτῶν *laboris eorum*, legerunt ex אָוֶן *dolor, labor*, Nom. radicale, nec adeò frequens in SS. אוֹן *robur, vis*. Cum Affix. *principium* אוֹנָם. Targ. תֻּקְפְּהוֹן *roboris eorum*, Ps.105.36. Et ex significatione אָוֶן; *Et redire fecit super eos* אֶת־אוֹנָם *iniquitatem eorum*, Psal.94.23.

2486 חָם (in tentoriis) *Cham*. Ab חָמַם *caluit, incaluit*, Nom. proprium secundi filii Noë חָם *Cham*, cui Africa (regio candidissima) obtigit. *Et Iacob peregrinus fuit* בְּאֶרֶץ חָם *in terra Cham*, Psal.105.23. id est, Ægypto, in qua Cham ipse habitaverat.

Vers. 52.

2487 כַּעֵדֶר *tanquam gregem*. A עָדַר *disposuit*, Nom. masc. עֵדֶר *grex*, ordo animalium majorum & minorum: ubi כ excludit ה Emphat.

Vers. 57.

2488 וַיִּבְגְּדוּ *& perfidè egerunt*. A בָּגַד *perfidus, fœdifragus fuit*. Fut. Kal, cum ו Conversi.

Vers. 58.

2489 וַיַּכְעִיסוּהוּ *Et irritaverunt eum*. *A* כָּעַס *indignatus fuit*, in Hiph. הִכְעִיס *ad iram provocavit, irritavit, lacessivit*. Futur. Hiph. cum ו Conversi. וַיַּכְעִיסוּ *& irritârunt*, Ps.106.29. & h. l. cum Affix.

2490 וּבִפְסִילֵיהֶם *& in sculptilibus suis*. A פָּסַל *dolavit*, Nom. masc. פֶּסֶל *sculptile*, imago dolata, idolum: & aliâ formâ

formâ פְּסִיל, inde pl. פְּסִילִים. Cum Affixo.

2491 יַקְנִיאוּהוּ *ad æmulationem provocârunt eum.* A קָנָא, suprà Num.1426. Fut. Hiph.

Vers. 60.

2492 שִׁלוֹ (& dereliquit tabernaculum) *Silo.* A שָׁלָה *tranquillus fuit*, Nomen proprium urbis שִׁילוֹ (à tranquillitate) in tribu Ephraim, in qua divisio terræ sanctæ facta fuit; & ibi arca Dei mansit usque ad tempus Eli Sacerdotis. h. l. י abest.

2493 שִׁכֵּן (tentorium, quod) *collocavit.* A שָׁכַן *habitavit.* Præt. Pih. שִׁכֵּן *habitare fecit, reposuit.*

Vers. 62.

2494 הִתְעַבָּר (& in hæreditatem suam) *excanduit*, LXX. ὑπερεῖδε *despexit.* Præt. Hithp. suprà Num. 2443. cum (ָ) ob pausam. In secunda pers. הִתְעַבַּרְתָּ *excanduisti.* Psalm. 89.39.

Vers. 63.

2495 הוּלָּלוּ (virgines ejus non) *laudatæ fuerunt*, i.e. manserunt innuptæ; in nuptiis enim epithalamia canebantur. LXX. per contrarium οὐκ ἐπενθήθησαν *non sunt deploratæ.* Ab הָלַל *laudavit*, Præt. Pyhal, pro הֻלְּלוּ, h. l. cum ו loco (ֻ) & (ָ) ob pausam.

Vers. 64.

2496 כֹּהֲנָיו *Sacerdotes ejus.* A כָּהַן *publico officio functus est*, sive in sacris, sive in politicis, Nom. masc. כֹּהֵן *publicus minister*; in sacris *Sacerdos*, divinæ servituti addictus, in politicis, *dux princeps.* Ps. 110, 4. *Tu es* כֹּהֵן *sacerdos.* Targ. מִתְמַנֵּי לְרַבָּא *constitutus in principem* In plur. mutato (..) in (ֲ) כֹּהֲנִים. Cum Affixo כֹּהֲנֶיךָ *sacerdotes tui*, Ps. 132. 9. בְּכֹהֲנָיו *in sacerdotibus ejus*, Ps. 99. 6. וְכֹהֲנֶיהָ *& sacerdotes ejus* Psal. 132. 16.

Vers. 65.

2497 וַיִּקַץ *Et excitatus est*

est. A יָקַץ *evigilavit, excitatus fuit*, Fut. Kal, cum ו Conversi. pro יִיקַץ, R. 55. suppresso (י)

2498 כְּיָשֵׁן *tanquam dormiens*. A יָשַׁן *dormivit*. Nom. Particip. Kal, cum כ similitud.

¶ מִתְרוֹנֵן *vociferans* à vino. Targ. דְּמִתְפַּקַּח *qui sobrius factus est*, seu, qui resipiscit à vino. LXX. *crapulatus à vino*. A רָנַן *vociferatus est* præ dolore, vel lætitiâ. Part. Hithp. loco dagesh, assumpto ו, R. 72.

Vers. 69.

2499 וַיִּבֶן *Et ædificavit*. A בָּנָה *ædificavit*, Fut. Kal, cum ו Conversi. pro יִבְנֶה, R. 67. n. 2.

Vers. 71.

2500 עָלוֹת (à post) *lactantes*. A עוּל *infantulus, lactens*, plur. fœm. עָלוֹת *lactantes oves*, aut vaccæ.

2501 לִרְעוֹת *ad pascendum*. A רָעָה *pavit*, Gerund. Kal, R 65.

Vers. 72.

2502 וַיִּרְעֵם *Et pavit eos*. A superiori רָעָה, Fut. Hiph. יִרְעֶה, at, ob Affix. excluditur ה, R. 103.

PSALMUS 79. עט.

2503 טִמְּאוּ *polluerunt*. Præt. Pih. טִמֵּא *inquinavit, contaminavit*.

2504 לְעִיִּים (posuerunt Jerusalem) Targ. לְיִגָרִין *in acervos* LXX. ὡς ὀπωροφυλάκιον *ut pomorum custodiam*. A עָוָה *curvum, obliquum esse*, fit עִי *cumulus, acervus*, terræ, vel lapidum, à curvitate, sive inæqualitate partium jacentium. Aliis est ipsum thema, & 5. legitur in Bibliis. In plurali assumit dagesh euphonic. R. 18.

Vers. 2.

2505 נִבְלַת *morticinia* servorum tuorum. *A* נָבַל *decidit*, Nom. fœm. נְבֵלָה *morticinium*, quod decidat adinstar folii, vigore suo destituti: *cadaver*, quòd caducum, aut deciduum

ciduum. In Regim. (..) transit in (:) R. 116. & ex priori (:) fit *chirek*.

Vers. 3.

2506 שָׁפְכוּ *Effuderunt.* Præt. Kal, à שָׁפַךְ *fudit, effudit.*

2507 קוֹבֵר (& non est) *sepeliens*, Ben. Kal, à קָבַר *sepelivit.*

Vers. 7.

2508 נָוֵהוּ (&) *ædem ejus*, templum. *A* נָוָה *in amœno habitavit*, Nom. masc. נָוֶה *ædes, domus, habitaculum.* Cum Af. eliditur ה, R. 103. In Pl. fœm. mutato ו in א, R. 2. נְאוֹת *habitacula*, בִּנְאוֹת *in caulis*: quanquam hoc possit referri ad נָאָה *pulchrum, amœnum esse.*

2509 הֵשַׁמּוּ *desolaverunt.* A שָׁמֵם *vastatus, desolatus fuit.* Præt. Hiph. syncopatâ mediâ, R. 70. הֵשַׁם, vel הֵשֵׁם, *desolavit*, in pl. assumit dagesh.

Vers. 8.

2510 רִאשֹׁנִים (ne memineritis iniquitatum) *priorum* A רֹאשׁ *caput*, Nom. Heemanthic. רִאשׁוֹן *primus, prior* tempore, ordine, dignitate, numero Plur. cum ה Emphat. הָרִאשֹׁנִים, Ps. 89. 50.

2511 דַלּוֹנוּ *attenuati, pauperes, facti sumus.* Præt. Kal, à דָּלַל *exhaustus, attenuatus, debilitatus est*; per Syncopen דַּל, R. 70. In primis personis assumit ו. R. 71. דַּלּוֹתִי *pauper factus sum*, Psal. 116. 6. דַּלּוֹנוּ *exhausti sumus.*

Vers. 9.

2512 עָזְרֵנוּ *Adjuva nos* A עָזַר *juvit, auxiliatus est*, Imper. Kal עֲזוֹר. Ob Affix. mutato ו in *br. R. 98. עָזְרֵנִי *juva me*, Ps. 109. 26.

2513 וְכַפֵּר *& expia.* Imperat. Pih. à כִּפֵּר, suprà Num. 2066.

Vers. 10.

2514 הַשָּׁפוּךְ (sanguis) *qui effusus est.* A שָׁפַךְ *fudit, effu-*

effudit, Pahul Kal, cum ה Relativo, R. 76.

Verf. 11.

2155 כְּגֹדֶל *fecundùm magnitudinem*. A גָּדַל *magnus fuit*, quantitate, vel qualitate. Nom. masc. גֹּדֶל *magnitudo, magnificentia*, cum כ similitudinis. Cum Affix. mutato ו in (:) R. 118. & (∴) in (:) R. 112. *fecundùm multitudinem* גָּדְלוֹ *magnitudinis ejus*, Pf. 150. 2.

2516 הוֹתֵר *fac fuperesfe*. A יָתַר *reliquum effe*, Imper. Hiph. mutato (ו) in ו, R. 57. הוֹתֵר *fuperftites fac*. LXX. *pof fide*.

2517 תְמוּתָה (filios) *occifionis*; morti vicinos. A מוּת *mori*, Nom. fœm. תְּמוּתָה *occifio, interfectio*, Pf. 102. 21.

Psalmus 80. פ׳

Verf. 2.

2518 נֹהֵג *qui ducis*. A נָהַג *duxit, deduxit*, Ben. Kal.

2519 הוֹפִיעָה *inclarefce*. Imper Hiph. cum ה paragog. ab הוֹפִיעַ fuprà Num. 1784.

Verf. 3.

2520 עוֹרְרָה *excita*. A עוּר *excitatus fuit*, in Pih. quiefcente ו in *chol.* & geminatâ tertiâ, R. 63. *excitavit*, Imper. Pihel, cum ה parag.

Verf. 5.

2521 עָשַׁנְתָּ (quoufque) *fumaturus eft* Præt. Kal, à עָשַׁן fuprà Num. 2321.

Verf. 6.

2522 הֶאֱכַלְתָּם *Cibâfti eos*. Ab אָכַל *comedit*, in Hiph. הֶאֱכִיל *comedere fivit, cibavit*. Secunda perf. Præt. Hiph. cum Affixo.

2523 שָׁלִישׁ (& potâfti nos lachrimis) *in ternario*, Targ. תְּלִיתַי *tripliciter*. LXX. ἐν μέτρῳ *in menfura*. A שָׁלשׁ *tres*, fit שָׁלִישׁ, aliis nomen menfuræ *triens. triarius*; aliis tertia pars cujus libet menfuræ. Extat h. l. tantùm, & Efa. 40. 12.

Verf. 7.

Vers. 7.

2524 מָדוֹן (pones eos) *contentionem*, i. e. ut nobiscum litigent. LXX. εἰς ἀντιλογίαν *in contradictionem*. A דּוּן *coram judice contendere*, Nom. Heemanth. מָדוֹן *contentio, lis, rixa*.

Vers. 10.

2525 פִּנִּיתָ *Expurgâsti* ante eam. LXX. ὡδοποίησας *dux itineris fuisti*, ex Nom. פֶּנֶה *dux, princeps*. A פָּנָה *faciem vertit*, Præt. Pih. פִּנָּה *purgavit, evacuavit, præparavit*, q. aliò transtulit, ut faciem alicujus rei retegeret. In secunda pers. mutato ה in (י) R. 66.

2526 וַתַּשְׁרֵשׁ *& radicavit*. A שֹׁרֶשׁ *radix*, verbum in Hiph. הִשְׁרִישׁ *radicavit, radices egit*. Fut. cum ו Convers.

2527 שָׁרָשֶׁיהָ *radices suas*. שֹׁרֶשׁ *radix* arboris vel herbæ, plural. facit irregular. שָׁרָשִׁים cum Affix.

Vers. 11.

2528 כָּסּוּ *Operti sunt* montes. A כָּסָה *texit, operuit*, Præt. Pyhal, ut suprà כָּלוּ Num. 2284.

1529 וַעֲנָפֶיהָ *& ramis ejus* cedri Dei. Nom. radicale עָנָף *ramus* arboris parvus, *frons*, plur. עֲנָפִים cum Affix.

Vers. 12.

2530 קְצִירֶהָ (Emittes) *palmites ejus*. LXX. κλήματα. A קָצַר *amputavit*, Nom. m. קָצִיר *messis*. It. *palmes, surculus*, quicquid supernè excrescit more segetum, amputandum, plur. cum Affixo, pro קְצִירֶיהָ suppresso (י)

2531 יוֹנְקוֹתֶיהָ *propagines suas*. A יוֹנֵק *lactens*, suprà Num. 383. fœm. יוֹנֶקֶת *surculus, ramus tener*, instar infantis, succum arboris sugens. Pl. cum Affix.

Vers. 13.

2532 וְאָרוּהָ *& decerpunt eam*. Ab אָרָה *carpsit, decerpsit*, Præt. Kal, ejecto ה, R. 66. Legitur h. l. tantum, & Cant. 5. 1, in primâ pers.

Vers. 14.

2533 יְכַרְסְמֶנָּה *Exscindet eam.* Targ. יְנוֹכְרִנַּהּ *rostro fodiet eam.* Fut. Pih. à quadrilitero כִּרְסֵם *excidit, succidit, consumpsit, devastavit*, idem, quod Chald. קַרְסֵם Extat h.l. tantùm in Bibliis, & aliis est compositum ex כֶּרֶשׂ *venter, ingluvies*, q. יְכָרֵשׂ מִמֶּנָּה *implebit ventrem ex ea.*

2534 חֲזִיר *porcus* Nom. radicale חָזִיר *porcus*, qui porrecto rictu pascitur. & terram, dum arborum radices rimatur, latiùs porrigit. Animal immundum in lege, quoniam studiosè immunditiem affectat.

¶ מִיָּעַר *è sylva*, i. e. sylvestris, hostis, viz. Nebuchadnezar, qui populum in captivitatem duxit: ubi ע (in quibusdam Codicib.) suspensum indicat, captivitatem duraturam 70 annis: est etiam medium Psalterii quoad literas. Rationes alias vide apud Buxtorf. in Tyberiade & Lexico.

Vers. 15.

2535 וּפְקוֹד *& visita.* A פָּקַד, suprà Num. 986. Imp. Kal, cum Affix. mutato ו in ־ *br.* R. 98. פָּקְדֵנִי *visita me*, Psal. 106. 4.

Vers. 16.

2536 וְכַנָּה *& surculum*, ubi כ majusculum notat magnificentiam istius surculi. LXX. *Et perfice eam*: legerunt ex כּוּן *aptare*. Ab inusitato כָּנַן, fit, כֵּן, fœm. כַּנָּה *basis, sedes*; It. *surculus*. Posset etiam וְכַנָּה per וְכַנָּהּ, exponi *& basis ejus*, omisso Mappik in ה.

2537 נָטְעָה (quem) *plantavit*. Præt fœm. Kal, à נָטַע *plantavit*, in pausa נָטָע, Ps. 104. 16.

2538 אִמַּצְתָּה (& super *filium*, i.e. ramum. LXX. addunt *hominis*, ex vers. 18. quem) *roborâsti* tibi. Ab אָמֵץ *robustus fuit*, Præt. Pih. אִמֵּץ *roboravit, confortavit.* In secunda pers. אִמַּצְתָּ, vers. 18. & h.l. cum ה paragog.

Vers. 17.

2539 שְׂרֻפָה *Incensa.* A שרף

שָׂרַף *ussit, incendit*, Pahul fœm. Kal, cum (ֵ) loco ָ.

2540 כְּסוּחָה *excisa*. A כָּסַח *resecatus, excisus fuit*, Pahul fœm. Kal.

Vers. 19.

2541 נָסוֹג (non) *retrocedemus*. A סוּג, suprà Num. 1858. Prima pers. Plur. Fut. Kal, exit in ֹ, R. 60.

PSALMUS 81. פא.

Vers. 3.

2542 זִמְרָה (sumite) *psalmum*. A זָמַר, suprà Num. 122. Nom. fœm. זִמְרָה *cantio, carmen, versus, psalmus*, & cum ת, loco ה, R. 27. וְזִמְרָת *& carmen*, Ps. 118. 14.

2543 וּתְנוּ *& date*. A נָתַן *dedit*, Imper. Kal, abjecto נ, R. 68. תֵּן *da*, plur. תְּנוּ *date*.

2544 תֹּף *tympanum*. A תָּפַף suprà Num. 2171. fit תֹּף *tympanum*, à sono, quem edit בְּתֹף *in tympano*. Ps. 149. 3.

Vers. 4.

2545 בַחוֹדֶשׁ *in novilunio*. Ab חָדַשׁ *novavit, innovavit*, Nom. masc. חוֹדֶשׁ *novilunium*, primus dies mensis, quo luna q. innovatur, per Synecdochen *mensis totus*. Excluso ה Emphat. בַּחוֹדֶשׁ *in neomenia*. Porrò notandum, ante captivitatem menses in Bibliis vocari juxta numerum; *Primus, Secundus, Tertius, Quartus*, &c. scil. ab egressu ex Ægypto, quorum initium fuerat à novilunio mensis אָבִיב, quod proximè præcedit, aut sequitur Æquinoctium vernum, respondétque nostro Martio. Post captivitatem, in memoriam illius captivitatis, appellantur vocibus Babylonicis; נִיסָן *Martius* אִיָּר *Aprilis*, סִיוָן *Majus*, תַּמּוּז *Iunius*, אָב *Iulius*, אֱלוּל *Augustus*, תִּשְׁרִי *Septembe*r, מַרְחֶשְׁוָן *October*, כִּסְלֵו *November*, טֵבֵת *December*, שְׁבָט *Ianuarius*, אֲדָר *Februarius*.

2564 בַּכֶּסֶה *in interlunio*. Targ. בְּיַרְחָא דְמִתְכַּסֵּי

in luna abscondita. A כָּסָה *operuit*, כֶּסֶה *lunæ absconsio*, quòd in conjunctione, lunâ sole tectâ, non conspiciatur; Aliis à כָּסַס *numeravit*, *supputavit*. בַּכֶּסֶה *in feria stativa*, solennitate fixa, quæ in numeratum diem anni semper recurrit: & sic LXX. ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ὑμῶν *in insigni die solennitatis vestræ*.

2547 חַגֵּנוּ (ad diem) *festi nostri*. Ab חָגַג *festum celebravit*, fit חַג *festum*, *celebris*. *solennitas*. Ob Affix. assumit dagesh. R.124.

Vers. 7.

2548 מִסֵּבֶל (Removi) *ab onere* humerum ejus. Targ. מִשַּׁעְבּוּדָא *à servitute*. A סָבַל *bajulavit*, Nom. masc. סֵבֶל *onus*, *gestamen*.

2549 מִדּוּד (manus ejus) *ab olla* transibant: in Ægypto enim lateres & argillam faciebant. Targ. מִן לְמִרְמֵי טִינָא לְקִדְרָא *ne jacerent lutum in* (ad) *ollam* LXX. *Manus ejus in cophino servierunt*, legerunt sequens verbum à עָבַר *servivit*, Nom. radicale דּוּד *olla*, *lebes*, *canistrum*.

Vers. 8.

2550 מְרִיבָה (apud aquas) *contradictionis*. A רִיב *litigare*, Nom. fœm. Heemanth. מְרִיבָה *contentio*, *lis*, *rixa*: sic vocatur locus in solitudine, ubi Israëlitæ cum Mose litigârunt, Exod. 17. Cum Præf. כִּמְרִיבָה *ut in contentione*, Ps. 95. 8.

Vers. 11.

2551 הַמַּעַלְךָ *qui ascendere feci te*, i.e. eduxi. A עָלָה *ascendit*, Part. Hiph. מַעֲלֶה *ascendere faciens*, Ps. 135. 7. Cum Affix. excludit ה R. 103. & (-:) amittit suum (:) R. 15. éstque cum ה Relat. 76.

2552 הַרְחֶב־ *dilata*. A רָחַב *dilatavit*, Imper. Hiph. cum (·.·) ob Maccaph, R. 137. pro הַרְחֵב

Vers. 12.

2553 אָבָה (non) *acquievit*

vit. Ipsum thema, אָבָה *cupiit, desideravit, delectatus est, propensus fuit.*

Vers. 13.

2554 בִּשְׁרִירוּת (& demisi eum) *in cogitatione* cordis eorum. A שָׁרַר *sollicitè observavit*, in malum, *insidiatus est*, Nom. fœm. שְׁרִירוּת *& insidiosa & prava cordis intentio & cogitatio*: cum Præfix.

Vers. 14.

2555 לוּ *utinam*, ô si, est optantis.

Vers. 15.

2556 אַכְנִיעַ (inimicos eorum) *humiliabo*. A כָּנַע in Hiph. הִכְנִיעַ *humiliavit, depressit*, Fut. Hiph. & ex terminatione (-) cum ו Conversivo וַיַּכְנַע *& depressit*, Pf. 107. 12.

Vers. 17.

2557 וַיַּאֲכִילֵהוּ *Et cibavit eum*. Ab אָכַל *comedit*, in Hiph. *comedere fecit*, i. e. cibavit, Fut. Hiph. cum ו Conversf.

2558 חִטָּה (de adipe) *tritici*. Targ. מִן טוּב לְחֶם *de bonitate panis*. Ab חָנַט *folliculos protrusit*, Nom. fœm. חִטָּה *triticum*, optimum frumenti genus, quod ex folliculis protruditur & prominet, pro חִנְטָה compensato נ per dagesh, plur. חִטִּים Psal. 147. 14.

2559 אַשְׂבִּיעֶךָ *satiabo te*. A שָׂבַע *satur fuit*, in Hiph. *satiavit*, אַשְׂבִּיעַ *satiabo*, Pf. 132. 15. Cum Affix. אַשְׂבִּיעֵהוּ *satiabo eum* Psal. 91. 16. In tertia perf. יַשְׂבִּיעֵךְ *satiabit te*, f. Psal. 147. 14. יַשְׂבִּיעֵם *eos*, Pf. 105. 40.

PSALMUS 82. פב.

Vers. 3.

2560 וָרָשׁ *& pauperem*. A רוּשׁ *depauperari*, רָשׁ *pauper* ו cum (ָ) ob vocem monosyllabam.

2561 הַצְדִּיקוּ *justificate*, i. e. justum *pronunciate*. A צָדַק *justus fuit*, in Hiph. *justificavit, justum judicavit, pronunciavit*, Imper. Hiph.

Psalmus 83. פג·

Vers. 2.

2562 דֳּמִי (ne sit) *silentium* tibi. LXX. *τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; quis similis erit tibi?* legerunt ex altera significatione hujus Verbi. A דָּמָה *siluit*; *similis fuit*, suprà Num. 1769. fit דֳּמִי *silentium, quies.*

2563 תִּשְׁקוֹט (neque) *mitescas.* A שָׁקַט *quievit, requievit, tranquillus fuit*, Fut. Kal.

Vers. 4.

2564 יַעֲרִימוּ *callidè agent.* A עָרַם *callidus fuit, callidè, fraudulenter egit*, Futur. Hiph.

2565 וְיִתְיָעֲצוּ *& consultabunt.* A יָעַץ *consuluit*, in Hithp. *consultavit, conspiravit*, Fut. Hithp. cum (ָ) sub (י) ob exclusum dagesh.

Vers. 5.

2566 וְנַכְחִידֵם *& solertiori operâ abscondemus eos*, מִגּוֹי à *gente*, i. e. ne sint gens. Targ. וְנִכְסְנוּן *& occidemus eos*, LXX. *ἐξολοθρεύσωμεν exterminemus eos.* A כָּחַד *abscondit, rem occultavit*, ita, ut ne ampliùs audiatur, aut videatur; hinc *succidit, perdidit*, sublata enim è medio non apparent. Fut. Hiph. cum Affix.

2567 יִזָּכֵר (& non) *memorabitur.* A זָכַר *meminit, recordatus est*, Fut. Niph. יִזָּכֵר, Ps. 109.14.

Vers. 6.

2568 יִכְרֹתוּ (contra te fœdus) *pepigerunt.* A כָּרַת, suprà Num. 1789. Fut. Kal, cum (ֹ), ob pausam, R. 135. pro יִכְרְתוּ.

Vers. 7.

2569 וְיִשְׁמְעֵאלִים *& Ismaëlitarum.* יִשְׁמָעֵאל *Ismaël*, fuit filius Abrahæ ex Hagar, ita apellatus antequam nasceretur, Gen. 16.11. *vocabis nomen ejus Ismaël, quoniam* שָׁמַע אֵל *audivit Deus*, &c. Gentile יִשְׁמְעֵאלִי *Ismaëlita*, formatum per (י) *R.* 23. pl. יִשְׁמְעֵאלִים

2570

2570 וְהַגְרִים & *Agareni*. Ab *Arabico* הָגַר *fugit*, Nom. proprium ancillæ Saræ,& concubinæ Abrahæ, הָגָר *Hagar*, quæ post mortem Saræ (ut est conjectura) ipsi Abrahæ nupsit, & Ketura vocata fuit. Ab hac *Hagareni*,populus Arabiæ, qui hodie סַרְקִין σαρακηνοὶ *Saraceni* dicitur, q. homines leves, rapinis dediti.

Verſ. 8.

2571 גְּבָל *Gebalitæ*. A גָּבַל *terminavit*, Nom. Propr. civitatis in provincia Syriæ גְּבָל, cujus cives ingeniosi artifices fuêre, Ezech. 27.2.

2572 וְעַמּוֹן & *Ammonitæ* Nomen populi *Arabiæ Petrææ*, à בֶּן־עַמִּי (*filius populi mei*) Lothi filio ex filia sic dicti Gen. 19.38.

2573 וַעֲמָלֵק & *Amalekitæ*. עֲמָלֵק *Amalek*, Nom. proprium filii Eliphaz, filii Esau, ex Timna concubina, Gen. 36.12. & dicitur de populo, inde nominato. Estque in SS. nomen *Amalekitarum* symbolum hostium, Ecclesiam Dei infestantium, q. עַם לָקַק *populus lambens*.

Verſ. 9.

2574 אַשּׁוּר *Assur*, Ab אָשַׁר *felix, beatus fuit*. Nom. proprium filii Shem *Asshur*, Gen. 10.22. Hic egressus ex provincia Sinear, ædificavit Niniven, v. 11. & Assyriæ autor fuit.

2575 נִלְוָה *associatus fuit*. A לָוָה *addidit, adjecit, copulavit*, Præt. Niph. exit in (ׄ) R. 65.

2576 לוֹט (filiis) *Loth*. לוֹט *stacte, mastix*, inde nomen proprium nepotis Abrahæ, Gen. 11.27.

Verſ. 10.

2577 עֲשֵׂה *Fac eis*. A עָשָׂה *fecit*, Imper. Kal, exit in (..) R. 65.

2578 כְּמִדְיָן *ut Midianitis*. A דּוּן *litigare*, מָדוֹן *contentio*, inde מִדְיָן *Midian*, filius Abrahæ ex Kethura, Gen. 25.2. ab hoc Midianitæ

2579 כְּסִיסְרָא *ut Siseræ*. Nom.

Nom. proprium Imperatoris exercitûs regis Jabin.

2580 בְּיָבִין *ut Iabin.* Nom. proprium regis Hazor, ab Israëlitis interfecti, Jos. 11.1. ex Fut. Hiph. à בִּין *intelligere.*

2581 קִישׁוֹן (in torrente) *Kisson.* Nomen proprium torrentis, qui ex Tabirio monte in mare labitur, éstque clarus cæde Siseræ.

Vers. 11.

2582 בְּעֵין דֹּאר *in Endor*, Nom. proprium civitatis in Issascaris & Asheris tribu, Jos. 17.11. quæ dimidiæ Manassis tribui forte contigit, ex ea urbe fuit Pythonissa, 1. Sam. 28.7.

2583 דֹּמֶן (fuerunt) *stercus* terræ; conculcati scilicet pedibus, sicut stercus in sterquilinio. Est ipsum thema: 6. legitur in Bibliis.

Vers. 12.

2584 כְּעֹרֵב *sicut Oreb,* עֹרֵב *corvus*, & hac voce etiam denominatur princeps Midianitarum, qui ab Israëlitis interficitur, Jud. 7.25. & locus inde צוּר עוֹרֵב *petra Oreb* dicitur.

2585 וְכִזְאֵב *& sicut Zeeb.* זְאֵב *lupus*, qua voce appellatur alter princeps Midianitarum, Jud. 7.25.

2586 וּכְזֶבַח *& sicut Zeba.* זֶבַח *mactatio*; inde nomen proprium regis Midian, ab Israëlitis interfecti, Jud. 8.5.

2587 וּכְצַלְמֻנָּע *& sicut Salmona.* Nom proprium alterius regis Midian, Ibid.

2588 נְסִיכֵמוֹ *principes eorum.* A נָסַךְ supra Num. 82. Nom, masc. נְסִיךְ *princeps*, qui infuso oleo inaugurabatur, pl. נְסִיכִים cum Af. pro נְסִיכֵימוֹ eliso (י)

Vers. 14.

2589 כְּקַשׁ *sicut stipulam.* LXX. ὡς καλάμην *sicut arundinem.* A קָשַׁשׁ *paleas, stipulas collegit*, fit קַשׁ *quisquilia, stipula, stramen.*

Vers. 15.

2590 תְּלַהֵט *comburet.* A לָהַט *flammavit, inflammavit, combussit*, Fut. Pih. absorpto dagesh.

dagesh, תְּלַהֵט *accendet*, Psal 106.18. וַתְּלַהֵט *& inflammavit*, Ps. 97.3. cum ו Convers.

Vers. 16.

2591 וּבְסוּפָתְךָ *& in turbine tuo*. LXX. *in ira tua*. A סוּף *finire*, Nom. fœm. סוּפָה *turbo*, q. finem afferens. Cum Affix. mutat ה in ת, R. 104.

Vers. 17.

2592 מַלֵּא *Imple*. Præt. Pih. מִלֵּא *implevit*, Ps. 107.9. inde Imper. מַלֵּא

2593 קָלוֹן *ignominiâ*. A קָלָה *levis fuit*. Nom. Heemanth. קָלוֹן *vilipendium, ignominia*, antitheton τῷ כָּבוֹד *gloria*.

Psalmus 84. פד.

2594 קֹרַח (filiis) Kore, suprà Num. 1593.

Vers. 3.

2595 נִכְסְפָה *desiderio capta est*. A כָּסַף *appetivit, desideravit*, Fut. Niph.

Vers. 4.

2596 וּדְרוֹר *& hirundo*. דְּרוֹר *libertas*, 7. in SS. bis *hirundo*, h. l. & Prov. 26. 2. quòd libera volitet, retineri impatiens.

¶ קֵן *nidum*. A קָנַן *nidificavit*, קֵן *nidus*, domicilium avis.

2597 אֶפְרֹחֶיהָ (ubi posuit) *pullos suos*, non intelligendum de templo, sed altaribus in excelsis, quæ tempore Davidis passim exstructa fuére. A פָּרַח *floruit, pullulavit*, Nom. pl. Heemanth. אֶפְרוֹחִים *pulli avium*, qui jam plumas producunt. Legitur ter in SS.

Vers. 6

2598 מְסִלּוֹת *via in cordibus eorum*. Targ. רְחִצְנוּתָא *spes*, LXX. ἀναβάσεις *ascensiones*. A סָלַל *elevavit, viam lapidibus stravit*, Nom. Heemanth. fœm. מְסִלָּה *elevatio, via strata*, quæ elevatur, Plur.

מְסִלּוֹת *elevationes*, cogitationes de agnitione Dei.

Verſ.7.

2599 הַבָּכָא (Transeuntes per vallem) *mori*, i. e. per vallem, ubi ſunt mori, in loco arido creſcentes: quam (ad feſta aſcendentes) ita fodient, tota q. vallis in fontem abeat; Vel, *Tranſeuntes per vallem fletûs*, (LXX. κλαυθμῶν *lachrymarum*) *fontem poſuerunt*, i.e. qui nunc in magno fletu & lachrymis, triſtíque cruce, verſantur, habebunt tandem fontem, quo ſe reficiant, Nom. radicale בָּכָא *morus* arbor, à mora, i.e. tarditate: nam poſtrema omnium floret, ideóque prudentiſſima arbor, quæ lædi ſe à frigore non ſinit, neque planè, niſi frigore peracto, germen emittit; ſed, cùm cœpit, in tantùm univerſa germinatio erumpit, ut unâ nocte peragat, (quod mirum,) etiam cum ſtrepitu; Vel à בָּכָה *flevit*, mutato ה in א. בָּכָא *fletus*.

2600 מוֹרֶה (etiam benedictionum operiet) *pluvia*, Vel, *etiam piſcinas operiet pluviâ*. LXX. *benedictiones dabit* ὁ νομοθετῶν *legislator*. A יָרָה, in Hiph. הוֹרָה *docuit*, unde Nomen participiale מוֹרֶה *doctor* Job. 36. 22. It. *pluvia* autumnalis propriè, quæ menſe Octobri, ſemente facto, decidit: quòd q. erudiat & informet terram. Targum ſic: *Peccatores, qui tranſeunt per profundum gehennæ, flentes fletu, ſicut, fontem ponunt illud: atqui benedictionibus operit* (Deus) *eos, qui immorantur in doctrina legis ſuæ.*

Verſ.11.

2601 הִסְתּוֹפֵף (elegi) *ad limen ſedere* in domo Dei. Targ. לְאִדַּבָּקָא *adhærere*. LXX. παραῤῥίπτεσθαι *abjectus eſſe*. Ab inuſitato סָפַף, fit סַף *limen*, unde Verbum in Hithp. הִסְתּוֹפֵף, q.d. *liminare*, per Metatheſin ת & ס, R.47. & cum ,וֹ loco dagesh, R.72. Vel à סוּף *finire*, inde סוֹף *finis*. Infinit. Hithp. *elegi* הִסְתּוֹפֵף *in extremis locis* (in fine) *me reponere.*

2602 מִדּוּר *quàm* (præ) *habitare*. Infinit. Kal דּוּר *durare, manere, habitare*, cum מ comparativo.

Verſ. 12.

Verſ. 12.

2603 יִמְנַע *cohibebit.* A מָנַע *cohibuit, coërcuit*, Fut. Kal.

PSALMUS 85. פה.

Verſ. 2.

2604 שַׁבְתָּ *reduxiſti.* A שׁוּב *redire, reverti*; conſtructum cum Accuſat. *reducere, reſtituere* Præt. Kal, ejecto ו, R. 58. שַׁבְתָּ, שַׁב.

2605 שְׁבוּת *captivitatem.* A שָׁבָה *captivavit*, Nom. fœm. quod juxta puncta eſt שְׁבִית, & juxta conſonas שְׁבוּת (quorum utrumque idem ſignificat) *captivitas, abductio.* Cum Affix. *Reſtitue* שְׁבוּתֵנוּ *captivitatem noſtram*, Pſal. 126. 4. i. e. multitudinem captivorum noſtrorum, cum ו loco (י) uti dictum.

Verſ. 4.

2606 אָסַפְתָּ *Removiſti.* Præt. Kal, ab אָסַף *collegit, congregavit*, aliquid, ut aſſervetur: hinc *repoſuit, abſtulit, removit*,

2607 הֱשִׁיבוֹתָ *avertiſti.* A שׁוּב *reverti, averti*, Præter. Hiph. ejecto ו, R. 58. הֵשִׁיב. in ſecunda perſ. aſſumit ו, R. 61.

Verſ. 5.

2608 שׁוּבֵנוּ *Converte nos.* A שׁוּב (vide paulò antè Imperat. Kal, cum Affix. redundante (י)

2609 וְהָפֵר *& irritam redde.* Imper. Hiph. ab הֵפִיר. ſuprà Num. 1307.

Verſ. 8.

2610 הַרְאֵנוּ *Oſtende nobis.* A רָאָה *vidit*, in Hiph. הֶרְאָה *fecit videre*, i. e. oſtendit. Imper. Hiph. abjecto ה. R. 103.

Verſ. 10.

2611 לִשְׁכֹּן *ad habitandum*, i. e. ut habitet. Vide ſuprà Num. 2160.

Verſ. 11.

2612 נִפְגָּשׁוּ (pietas & veritas) *ſibi obviàm factæ ſunt.*

A

A פָּגַשׁ *occurrit, obviavit*, Præt. plur. Niph. cum (ָ) ob pauſam. pro נִפְגָּשׁוּ

¶ נָשָׁקוּ (juſtitia & pax) *oſculatæ ſunt*. Præt. Kal, ſuprà Num. 113.

Verſ. 12.

2613 תִּצְמָח *efflorescet*. A צָמַח *germinavit, pullulavit*, Fut. Kal, cum (ָ) ob pauſam.

2614 נִשְׁקָף *proſpexit*. A שָׁקַף ſuprà Num. 613. Præt. Niph. cum (ָ) ob pauſam.

PSALMUS 86. פו.

Verſ. 4.

2615 שַׂמַּח *Lætifica*. A שָׂמַח *lætificavit*, Imper. Pihel. cum Affix. שַׂמְּחֵנוּ *lætifica nos*. Pſ. 90. 15.

Verſ. 5.

2616 וְסַלָּח *& condonator*. A סָלַח ſuprà Num. 1103. Legitur h. l. tantùm סַלָּח *propitius*, epitheton Dei.

2617 קֹרְאֶיךָ (omnibus) *invocantibus te*. A קָרָא ſuprà Num. 145. Ben. Kal, קוֹרֵא pl. קוֹרְאִים *invocantes*. In Regim. בְּקוֹרְאֵי *in invocantibus nomen ejus* Pſal. 99. 6. Cum Affix. *omnibus*, קוֹרְאָיו *invocantibus ipſum*, Pſ. 145. 17.

Verſ. 15.

2618 וְחַנּוּן *& gratioſus*. Ab חָנַן *gratiam fecit*, חַנּוּן *gratioſus, clemens*, Pſ. 111, 4. epitheton Dei, qui dat omnibus ſuam gratiam.

2619 אֶרֶךְ *longus irarum*, i. e. tardè iraſcens, vel, diu ſervans iram. Ab אָרַךְ *longus fuit*, Nom. maſc. ſine plur. אֶרֶךְ *longitudo, longus*; ſemper conſtruitur cum אַף *ira*, vel רוּחַ *ſpiritus*, & ſemel cum אֵבֶר *ala*, Ezech. 7. 3.

Verſ. 16.

2620 אֲמָתֶךָ (filio) *ancillæ tuæ*, Nom. radicale fœm. אָמָה *ancilla, famula*, (ה fœm. eſt, & ה radicale abjectum.)

Differt

Differt à שִׁפְחָה *ancilla*, quòd hoc dicatur de viliori. Cum Affixo, mutato ה in ת. R. 104. בֶּן־אֲמָתֶךָ *filius ancillæ tuæ*, Pſ. 116. 16. i. e. domi natus, & educatus in ſinu domini ſui, h. e. in Eccleſia, matre piâ.

Verſ. 17.

2621 עֲזַרְתַּנִי *adjuviſti me*, Præt. Kal, עָזַר *juvit, auxiliatus eſt*. Cum Affix. ut ſuprà Num. 444. עֲזָרַנִי *adjuvit, me*, Pſ. 118. 13. In ſecunda perſ. עֲזַרְתַּנִי.

2622 וְנִחַמְתָּנִי *& conſolatus es me*. A נָחַם ſuprà N. 1067. Præt. Pihel, abſorpto dageſh.

Psalmus 87. פז.

2623 יְסוּדָתוֹ *Fundamentum ejus* in montibus ſanctitatis; refertur ad præcedens שִׁיר *canticum*. A יָסַד *fundavit*, Nom. fœm. יְסוּדָה *fundamentum*, cum Affix. mutato ה in ת.

Verſ. 3.

2624 נִכְבָּדוֹת *Glorioſa*. A כָּבֵד *gravis, glorioſus, honoratus fuit*. Part. Niph. נִכְבָּד pro Nomine, *honoratus, glorioſus*. pl. m. cum Affix. וְנִכְבַּדֵּיהֶם *& honorates eorum*, Pſ. 149. 8. Plur. fœm. נִכְבָּדוֹת.

2625 מְדֻבָּר *dicuntur*. A דָּבַר *dixit*: in Pyhal דֻּבַּר *dictus eſt*, Particip. Pyhal, מְדֻבָּר *dictum eſt*. Habet ante ſe fœm. plurale, ideóque diſtributionem notat, R. 48. n. 2. *quodlibet glorioſum dicitur de te*.

Verſ. 4.

2626 רַהַב (memor ero) *Ægypti*. A רָהַב *invaluit, robuſtus fuit*, Nom. proprium רַהַב *Ægyptus*, ob fortitudinem & faſtum: In pauſa רָהַב Pſ. 89. 11.

2627 וּבָבֶל *& Babelis*, Nom. proprium urbis notiſſimæ בָּבֶל *Babel, Babylonia*, q. בַּלְבֵּל eliſo ל, ubi Deus בָּלַל *confudit*, labium totius terræ, Gen. 11. 9.

2628 יֻלַּד *natus est*. A יָלַד *genuit*, Præt. Pyhal יֻלַּד *natus fuit*, pl. יֻלְּדוּ *geniti sunt*, sive nati, editi, Psalm. 90. cum (ּ) ob pausam.

Vers. 5.

2629 יֵאָמַר *dicetur*. Ab אָמַר *dixit*, Fut. Niph. cum (..) ob exclusum dagesh.

Vers. 6.

2630 יִסְפֹּר *narrabit*. A סָפַר, supra Num. 86. Fut. Kal, in prima pers. cum Affix. mutato ֹ in (:) אֲסַפְּרֵם *narrabo ea*, Ps. 139. 18. in tertia pers. יִסְפֹּר.

2631 בִּכְתוֹב *in scribendo*, Gerund. Kal, à כָּתַב *scripsit*.

Vers. 7.

2632 כְּחֹלְלִים (& cantores) *sicut tibicines*, saltatores. Ab חָלַל *perforavit*, Nom. in. חָלִיל *tibia*, quod sit *cava*: inde Verbum *tibiâ cecinit, tripudiavit*: Benoni plur. Kal, cum כ similitud.

PSALMUS 88 פח.

2633 עַל־מַחֲלַת *Super Mahhalath*, i. e. infirmitate. Arias Montan. *in infirmitate*. Ab חָלָה corpore, vel animo, *doluit*, Nom. Heemanth. fœmin. מַחֲלָה *dolor, ægritudo*: in Regim.

¶ לְעַנּוֹת *ad affligendum*, i. e. per, vel propter, afflictionem. A עָנָה *afflixit*, Gerund. Pihel.

2634 לְהֵימָן *Hemanis*. הֵימָן nomen proprium cujusdam sapientis viri, 1. Reg. 4. 31. *Et Salomon fuit sapientior Ethane Ezrahitâ & Hemane*. Videtur fuisse nepos Jehuda, ex filio Zera, 1. Chron. 2. 6. *Et filii Zera, Zimri, & Ethan & Heman*, quód si ita est hæc portio SS. hoc Psalmo & sequenti 89. contenta est antiquissima, Mose prior, scripta in servitute Ægyptiaca, quam patheticè Heman hoc Psalmo, & Ethan sequenti, deplorat.

2635 הָאֶזְרָחִי *Ezrahita*. LXX. *Israëlita*. Cognomen duorum, virorum Hemanis hoc Psalmo, & Ethanis sequenti, for-

forsitan sic dictorum, quòd essent omnibus conspicui sapientiâ, à זָרַח *ortus est, lucem aspexit*, Nom. Heemanth. אֶזְרָחִי.

Vers. 4.

2636 שָׂבְעָה *satiata est* malis anima mea. A שָׂבַע *satur fuit*, Præt. fœm. Kal, Ps. 123. 4.

2637 הִגִּיעוּ (& vitæ meæ ad infernum) *pertigerunt*. A נָגַע *tetigit, attigit, pertigit*, Præt. pl. Hiph. compensato נ per dagesh, R. 69.

Vers. 6.

2638 חָפְשִׁי (inter mortuos) *liber*, scil. à mundo. ab omnibus curis, negotiis, hostibus mundanis. A חוֹפֶשׁ *libertas*, Nom. masc. Heemanth. חָפְשִׁי *liber, manumissus*.

2639 שֹׁכְנֵי *inhabitantes*, sive, habitatores sepulchri. A שָׁכַן *habitavit*, Ben. plur. Kal, in Regim.

Vers. 8.

2640 סָמְכָה (Super me) *incubuit* ira tua. Præt. fœm. Kal à סָמַךְ *innixus, impositus fuit*, constructum cum עַל, *incubuit alicui*, non sustentandi, sed premendi, causâ.

Vers. 9.

2641 הִרְחַקְתָּ *Elongâsti*. A רָחַק *longè, procul abfuit*, Præt. Hiph. הִרְחִיק *elongavit, procul removit*, Ps. 103. 12. In secunda pers. הִרְחַקְתָּ, vers. 19.

¶ תּוֹעֵבָה Posuisti me *abominationem* eis. A תָּעַב *abominatus, detestatus fuit*, Nom. F. תּוֹעֵבָה *abominatio, res detestabilis*, fœda & perniciosa.

2642 כָּלֻא *inclusus* (sum) A כָּלָא *clausit, conclusit*, quovis modo *prohibuit*, Pahul Kal, pro כָּלוּא, cum (ֻ) loco וּ, R. 107.

Vers. 10.

2643 דָּאֲבָה (oculus meus) *doluit*, ob oppressionem. Targ. זְלְגַת דִּמְעִין *destillavit lachrymas*, q. à דּוּב, idem, quod זוּב *fluxit, defluxit*, Præt. fœm. Kal, à דָּאַב *doluit, debilis fuit*:

legitur

legitur h. l. tantùm, & Jer. 31. 24.

2644 שִׁטַּחְתִּי *expandi.* Præt. Pih. à שָׁטַח *expandit, latè extendit.*

Vers. 11.

2645 רְפָאִים (an) *mortui resurgent?* Targ. גִּשְׁמַיָּא דְאִתְמְסִין בְּעַפְרָא *corpora quæ computruerunt in pulvere.* A רְפָא *dolorem mitigavit, sanavit*, plur. masc. רְפָאִים *gigantes*, à sanitate & vivacitate corporis: It. *mortui*, scil. sani, Metaphoricè, ab omni ægritudine. Vel à רָפָה *debilis, remissus fuit, cessavit*, mutato ה in א. רְפָאִים *vitæ expertes*, q. debiles in quibus omnis motio cessat. LXX. οἱ ἰατροὶ ἀναστήσουσι *medici suscitabunt*: scil. arte suâ ad vitam restituent: legerũt aliis punctis רוֹפְאִים יָקִימוּ Obiter nota, Medicos à Thalmudicis inter opifices numerari, de quibus abjectè sentiunt: in fine libri Kiddushim; טוֹב שֶׁבְּרוֹפְאִים לְגֵיהִנָּם *optimus inter Medicos ad Gehennam:* rationem affert Glossa, *Non enim metuit à morbis, vescitur lautè, nec confringit cor suum coram Deo, aliquando etiam interficit homines, quando pauperes, quos posset, non sanat.*

Vers. 12.

2646 בָּאֲבַדּוֹן (veritas tua) *in perditione*, in sepulchro, ubi corpora pereunt & consumuntur. Ab אָבַד *periit*, in Pih. *perdidit*, Nom. masc. sine plur. אֲבַדּוֹן *res amissa, perditio, interitus*: eleganter dicitur de sepulchro, & inferno, q. scelestorum virorum destructio.

Vers. 13.

2647 נְשִׁיָּה (in terra) *oblivionis*; elegans descriptio mortuorum, quorum citò obliviscimur Psal. 31. 13. *oblivioni traditus sum, sicut mortuus à corde.* A נָשָׁה *oblitus fuit*, Nom. fœm. נְשִׁיָּה *oblivio.*

Vers. 16.

2648 וְגֹוֵעַ *& exspirans*, moribundus. LXX. καὶ ἐν κόποις *& in laboribus*; legerunt à יָגַע *labo-*

laboravit. A גָּוַע *exspiravit*, absque diuturniore mora *animam efflavit*, Ben. Kal.

2649 מִנֹּעַר *à pueritia, ab adolescentia*; alii à *concussione*. A נַעַר *puer*, Nom. masc. sine Plur. נֹעַר *pueritia, juventus*. 4. legitur in SS.

2650 אָפוּנָה *addubitabo*, ne mihi hoc, vel illud, eveniat, *consternabor*. A פּוּן *hæsitare*, semper in bucca, פֶּן *ne fortè* aliquid accidat mali, habere, Legitur h. l. tantùm, idque in Fut. Kal, cum ה parag.

Vers. 17.

2651 בִּעוּתֶיךָ *consternationes tuæ.* A בָּעַת *terruit*, Nom. pl. m. בִּעוּתִים *terrores, conturbationes*: legitur h. l. tantùm cum Affixo, & semel Job. 6, 4. in Regim.

2652 צִמְּתֻתוּנִי *absciderunt, destruxerunt me*, Præt. Pih. צָמַת *excidit, succidit, destruxit*, in tertia fœm. cum Affix, mutato ה, in ת-R. 97. צִמְּתַתְנִי *succidit, confecit, constrinxit me* zelus tuus, Ps. 119. 139. In plur. צִמְּתוּ, cum Affixo reiteratur תוּ, ad augendam significationem, צִמְּתֻתוּנִי *penitùs exciderunt me*: vel est metri causâ.

Vers. 18.

2653 סַבּוּנִי *Circuiverunt me.* A סָבַב *circumdedit*, Præt. Kal, per Syncopen סַב *circuivit*. suprà Num. 711. Plur. סַבּוּ.

Psalmus 89. פט.

Vers. 3.

2654 יִבָּנֶה *ædificabitur.* A בָּנָה *extruxit, ædificavit*, Fut. Niph.

Vers. 4.

2655 כָּרַתִּי *Pepigi.* A כָּרַת, suprà Num. 2568. prima pers. Præt. Kal, pro כָּרַתְתִּי, R. 73.

2656 לִבְחִירִי *electo meo*, A בָּחַר *elegit*, בָּחִיר *electus*. Cum Affix. בְּחִירוֹ *electus ejus*, Ps. 106. 23. cum Præfix. לִבְחִירִי, *electo meo*, plur. בְּחִירִים, cum

Affix. בְּחִירֶיךָ *electi tui*, Psal. 106.5. בְּחִירָיו *ejus*, Ps. 105.6.

Verſ. 5.

2657 וּבָנִיתִי *Et ædificavi*, Præt. Kal, à ſuperiori בָּנָה in prima perſ. mutato ה in (י) R. 65. éſtque cum ו Converſ. Præteriti, R. 79.

Verſ. 7.

2658 יִדְמֶה *ſimilis erit.* A דָּמָה *aſſimilavit*, Fut. Kal, R. 65.

Verſ. 8.

2659 נַעֲרָץ *formidabilis*, Dei epitheton, q. omnia frangens. A עָרַץ ſuprà Num. 546. Part. Niph. pro נִעְרָץ ob gutturalem.

Verſ. 9.

2660 חֲסִין יָהּ (quis ſicut tu) *fortis Domini?* q. eſſet in Regim. vel ô *Domine*, Nom. radicale חֲסִין *fortis*, *robuſtus*, magis Chaldaic. eſt, quàm Hebr.

Verſ. 10.

2661 בְּשׂוֹא *in elevando*, i. e. dum elevant ſe fluctus ejus. A נָשָׂא *tulit*, *elevavit*. Infinit. Kal, ad formam imperativi, ejectâ duntaxat primâ radicali, R. 68. cum ב, nota Gerundii. Et aliâ formâ שְׂאֵת pro שֵׂאת Ibid. cum Affixo שְׂאֵתִי *geſtare me*, infrà verſ. 51.

Verſ. 11.

2662 דִּכִּאתָ *contrivisti.* A דָּכָא *contudit*, *contrivit.* Præt. Pih. דִּכָּא *contrivit ad terram vitam meam*, Ps. 143. 3. id eſt attritam dejecit, éſtque cum (ּ) ad formam Quieſcent. tertiâ ה, pro דִּכֵּא ſic & in ſecunda perſ. דִּכֵּאתָ *contrivisti*, pro דִּכֵּאתָ

Verſ. 13.

¶ *Aquilonem* וְיָמִין *& auſtrum*, ſive meridiem. LXX. *& mare*: legerunt יָם.

2663 בְּרָאתָם *creâſti ea.* Præt. Kal, בָּרָא *creavit*, i. e. ex nihi-

nihilo aliquid, quod prius non erat, fecit; *formavit*, i.e. de re alia aliam novam produxit. In secunda perf. בָּרָאתָ *creasti*, v. 48. quiescente א in (ָ) Cum Affix. (ָ) primæ syllabæ corripitur in (:)

2664 תָּבוֹר *Tabor & Hermon in nomine tuo ovabunt.* Hoc versu Psalmista complexus est quatuor plagas mundi; per istos igitur montes plagam Orientalem & Occidentalem (poëticè) significari, constat: Thabor enim in terra Judææ ad Occidentem vergit, Hermon verò ad Orientem: unde Targ. *Desertum Aquilonis, habitatoresque Austri, tu creasti, Thabor ab occidente, & Hermon ab oriente, in nomine tuo laudes dicunt.* תָּבוֹר nomen propr. montis, transfiguratione Domini nostri Jesu Christi (ut creditur) nobilis: qui tribûs Isaschar olim erat terminus; altitudo ejus 30. stadiorum.

Vers. 20.

2665 בְחָזוֹן (locutus es) *in visione.* Ab חָזָה *vidit*, Nom. Heemanth. חָזוֹן *visio* tam oculi, quàm mentis: propriè de Prophetis dicitur.

2666 הֲרִימוֹתִי *extuli juvenem.* A רוּם *altum esse.* Præt. Hiph. הֵרִים *elevavit, extulit.* In primis & secundis personis assumit ו R. 62. הֲרִימוֹתָ *extulisti*, verf. 43. הֲרִימוֹתִי *elevavi, evexi.*

Vers. 22.

2667 תִּכּוֹן (cui manus mea) *stabilis erit* cum eo. A נָכוֹן suprà Num. 257 Fut. Niph. exit in ו R. 61. in tertia יִכּוֹן *stabilietur*, verf. 38. in fœmin. תִּכּוֹן Psal. 93. 1. In plur. יִכּוֹנוּ *stabilientur* Psal. 119. 5.

2668 תְּאַמְּצֶנּוּ (brachium meum) *roborabit eum.* Ab אָמֵץ suprà Num. 2538. tertia pers. fœm. Fut. Pih. cum Affixo נּוּ.

Vers. 23.

2669 יְעַנֶּנּוּ (non) *affliget eum.* A עָנָה quod inter alia significat *afflixit*, Fut. Pihel יְעַנֶּה ob Affix. excluditur ה R. 103. & sic in plur. R. 66. יְעַנּוּ *miserabiliter affligent*, Psalm. 94. 5.

Verſ. 24.

2670 וְכַתּוֹתִי *Et contundam*, Præt. Kal, à כָּתַת *contudit, contrivit*; per Syncopen כַּת. R.70. in prima & ſecunda perſ. aſſumit ו, R.72.

2671 אֶגּוֹף *plagâ afficiam*. A נָגַף *tetigit, attigit*; in malum, *percuſſit, feriit, læſit, afflixit* Fut. Kal, compenſato נ per dagesh, R.69. pro אֶנְגּוֹף In ſecunda perſ. *Ne* תִּגּוֹף *offendas*.

Verſ. 32.

2672 יְחַלֵּלוּ (Si ſtatuta mea) *profanaverint*. Ab חָלַל, paulò antè Num. 2632, cùm de rebus ſacris dicitur, *violavit, polluit, profanavit, proſtituit*, q. ſacra, divina, perforavit, Fut. Pih. in prima perſ. אֲחַלֵּל *profanabo*, verſ. 35. in tertia plur. יְחַלֵּלוּ, cum (..) ob pauſam.

Verſ. 34.

2673 אָפִיר (& pietatem meam non) *irritam faciam*. A פּוּר *fractus, contritus fuit*, in Hiph. ejecto ו, R.58. הֵפִיר *fregit*. Metaph. *irritavit, irritum fecit, abolevit*. Fut. Hiph.

2674 אֲשַׁקֵּר (& non) *mentiar*. A שָׁקַר *mentitus eſt, doloſè egit, decepit*, Fut. Pih.

Verſ. 35.

2675 אֲשַׁנֶּה (& exitum labiorum meorum non) *mutabo*. A שָׁנָה *mutatus fuit*, in Pih. *mutavit, variavit, alteravit*, Fut. Pih. exit in (..) R.65.

Verſ. 39.

הִתְעַבַּרְתָּ עִם מְשִׁיחֶךָ ¶ *iratus es cum uncto tuo*. Viz. Sedechia, quem Nebuchadnezar exoculatum in captivitatem abduxit. LXX. ἀνεβάλȣ τὸν Χριςόν σȣ, *diſtuliſti Chriſtum tuum*: quod Interpretes de dilato Chriſti adventu exponunt.

Verſ. 40.

2676 נֵאַרְתָּה *Deteſtatus es*. Targ. אַשְׁנִיתָא *mutâſti*. LXX. *deſtruxiſti*. A נָאַר, Præt. Pihel. compenſato dagesh per (..) R.19. נֵאַר *removit, ex corde*

corde projecit, detestatus est. Secunda pers. cum ה parag.

2677 נִזְרוֹ (profanâsti in terram) *coronam ejus*, LXX. sanctuarium ejus. *A* נָזַר *separavit*, Nom. masc. נֵזֶר *separatio*, per Metaph. *corona, diadema*, insigne regis, aut summi Sacerdotis, eum à plebejis distinguens. Cum Affix. ut supra *Num.* 770. נִזְרוֹ, Psalm. 132.18.

Vers. 41.

2678 מִבְצָרָיו (posuisti) *munitiones ejus*. A בָּצַר *præcidit*, in Pih. *munivit*, Nom. Heemanth. מִבְצָר *munitio, munimentum*, plur. cum Affix.

2679 מְחִתָּה (in) *consternationem*. LXX. *formidinem*. Ab חָתַת *contritus fuit*, in Hiph. *prostravit, consternavit, terruit*. Nom. fœm. ex Particip. Hiph. deductum, מְחִתָּה *consternatio, formido, pavor*.

Vers. 42.

2680 שַׁסֻּהוּ *diripuerunt eum*. Targ. רָמְסוּן יָתֵהּ *conculcârunt eum*. A שָׁסַס *conculcavit, conculcando diripuit*, Præt. Kal, per Syncopen. שַׁס. R. 70. pl. שַׁסּוּ, cum (ֻ) loco וּ, & cum *Affixo*.

Vers. 43.

2681 הִשְׂמַחְתָּ *lætificâsti*. A שָׂמַח *lætatus est*, Præt. Hiph. הִשְׂמִיחַ *lætificavit*. In secunda pers. הִשְׂמַחְתָּ.

Vers. 44.

2682 הֲקֵמֹתוֹ (& non) *erexisti eum*. *A* קוּם *surgere*, Præt. Hiph. ejecto י. R. 58. הֵקִים vel הֵקַם. *surgere fecit*, i. e. *erexit*: in secunda pers. assumit ו, R. 62. éstque cum *Affixo*.

Vers. 45.

2683 הִשְׁבַּתָּ *Cessare fecisti*. *A* שָׁבַת *cessavit, quievit*: secunda pers. Præt. Hiph. eliso ת, R. 73. הִשְׁבַּתָּ, Psal. 119.19. pro הִשְׁבַּתְתָּ.

2684 מִטְּהָרוֹ *nitorem ejus*. *A* טָהַר *mundus, purus fuit*,

Nom. Heemanth. מִטְּהָר *munditia, nitor*, in Affix. מִטְּהָרוֹ cum dagesh, euphonico, & (ְ) loco (ֹ) pro מִטְּהָרוֹ Aliâs etiam מ potest esse Præfixum, inde LXX. *Destruxisti eum ab emundatione ejus.*

2685 מִגַּרְתָּה & thronum ejus in terram) *dejecisti*: LXX. *κατέῤῥηξας collisisti*. Præt Pih. מִגֵּר *dejecit, præcipitavit, collisit*: in secunda pers. cum ה paragog.

Vers. 46.

2686 הִקְצַרְתָּ *Decurtâsti*. LXX. *minorâsti*. A קָצַר *brevis, curtus fuit*, Præterit. Hiph. הִקְצִיר *abbreviavit, decurtavit*.

2687 עֲלוּמָיו (dies) *adolescentiæ ejus*. LXX. *temporis ejus*, q. ex עוֹלָם *seculum*. A עָלַם *occultavit*, Nom. Plur. masc. עֲלוּמִים *adolescentia, juventus*, q. pars ætatis occulta, quæ ad publica officia non adhibetur. Cum Affix. *Posuisti* עֲלֻמֵנוּ *adolescentiam nostram in lucem faciei tuæ*, Psal. 90. 7. i. e. peccata adolescentiæ nostræ, pro עֲלוּמֵינוּ Aut est singulare Pahul Kal, *absconditum nostrum*, i. e. peccatum nostrum occultum.

2688 הֶעֱטִיתָ *operuisti* super eum pudorem. A עָטָה *texit, operuit*, Præt. Hiph. הֶעֱטָה Idem. In secunda pers. mutato ה in (י) R. 66.

Vers. 47.

2689 תִּסָּתֵר *abscondêris*. A סָתַר *abscondit*. Futur. Niph.

Vers. 48.

¶ זְכָר־אֲנִי מֶה חָלֶד *Memento, quanti ævi ego sim*. Vel, *cujus durationis*, Vel, *quàm temporarius*. חֶלֶד (transpositis literis, ab חָדַל *desiit*) notat statum præsentis seculi, citò desinentis: vel breve nostræ vitæ curriculum: vel deniq; mundum, cujus figura *παράγει* 1. Cor. 7. 31.

LIB-

ספר רביעי
LIBER QUARTUS.

PSALMUS 90. צ.

Verſ. 4.

2690 אֶתְמוֹל (ſicut dies) *heſternus*. תְּמוֹל & cum א Heemanth. אֶתְמוֹל *heri, dies præteritus.*

Verſ. 5.

2691 זְרַמְתָּם *Inundâſti eos*, ſcil. annos hominum: i. e. inundatione abripuiſti, aquæ inſtar, feciſti eos labi, *ſomnus erunt*. LXX. *Quæ pro nihilo habentur, eorum adhuc erunt.* Præt. Kal, זָרַם *inundavit*, cum impetu fluctuavit, *abripuit*. In ſecunda perſ. זָרַמְתָּ ob Affix. תָּ prius (ָ) tranſit in (ְ). poſterius tollitur, R. 97.

2692 יַחֲלוֹף (manè ut fœnum) *mutabitur*. Ab חָלַף *mutavit* rem, vel locum, vel tempus, vel qualitatem. *Manè florebit*; וְחָלָף *& mutabitur*, verſ. 6. cum (ָ) ob Pauſam. Inde Fut. Kal, יַחֲלוֹף cum (ֲ) ſub guttur. R. 13. In pl. וְיַחֲלֹפוּ *& mutabuntur*, Pſalm. 102. 27. cum ֹ, ob pauſam.

Verſ. 6.

2693 יְמוֹלֵל (ad veſperam) *ſuccidetur* & areſcet. A מוּל *præcidere*, *ſuccidere*. Fut. Pih. geminatâ tertiâ, & quieſcente ſecundâ in ו, R. 63.

Verſ. 9.

2694 כִּלִּינוּ *Conſumpſimus* dies noſtros. A כָּלָה *conſumptus fuit*. Præt. Pih. כִּלָּה *conſumpſit*, ſumitur tam in bonum, quàm in malum. In tertia pl. ejecto ה, R. 66. כִּלּוּנִי *conſumpſerunt me*, Pſal. 119. 87. In prima, mutato ה in (י) ibid.

2695 כְּמוֹ־הֶגֶה *ſicut ſermonem*, qui ex ore prolatus ce-

celeriter compensato. Vel, *sicut halitum*. Targ. הֵיךְ הֶבֶל פּוּמָא דְסִתְוָא *tanquam halitum oris hyemalem*, qui tempore hyberno magis apparet, LXX. *Anni nostri, sicut aranea, meditabantur* : multùm divertére à textu. Ab הָגָה *loqui, meditari, gemere*, halitum emittere, suprà Num. 19. fit הֶגֶה *locutio, meditatio, gemitus*, et, citra quem hic non effertur, *halitus*.

Vers. 16.

2696 שְׁמוֹנִים (& si in fortitudinibus, i. e. in potenti & firma corporis constitutione) *octoginta* anni. שְׁמוֹנָה *octo*, in Plur. (ut & cætera numeralia cardinalia à tribus ad decem) tot notat denarios, quot in singulari unitates; שְׁמוֹנִים *octoginta*.

2697 וְרָהְבָּם *& robur eorum*, i. e. excellentissimum quodque eorum, labor & iniquitas. Targ. וְסוֹגְעִיהוֹן *& augmenta ipsorum*. LXX. καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν *& quod amplius eorum*, q. fuisset רֻבָּם *robbâm*, à רוֹב *multitudo*. A רָהַב *invaluit robore & potentiâ* ; Nom. masc. רֹהַב *robur, elatio, fastus*. Per Metonym. omne illud, quo homo superbire solet. Ob Affix. corripit *chol*. in *br* R. 118. & (-) in (:) R. 121. facitque רָהְבָּם Aben-Ezra : *Dies* רָהְבָּם *sunt dies roboris & virium, puta dies juventutis*. Kimchi, חוֹזֶק הַיָּמִים *fortitudo dierum*, q. d. *etiam cùm dies alicujus prosperè & tranquillè eunt, nil nisi labor & molestia est*.

2698 גָּז (quum) *avulsum fuerit*. A גּוּז *evellere, extrahere, abscindere*, Præt. Kal, ejecto ו, R. 60.

2699 חִישׁ *celeriter*, & avolamus. Tar. עֲדוֹ בִסְרְהוֹבִיָא *transiverunt celeriter*, LXX. mirè hoc hemistichio transferunt : *Quoniam supervenit mansuetudo in nos, & erudiemur*. Ab חוּשׁ *festinare*, fit Nom. חִישׁ *festinantia*, & adverbialiter *citò, festinanter*.

Vers. 12.

2700 לִמְנוֹת *Ad numerandum* dies nostros. A מָנָה *numeravit, supputavit*. Gerund. Kal. R. 66.

¶ כֵּן הוֹדַע וְנָבִיא לְבַב חָכְמָה. In voce כֵּן est ambiguitas, notat enim; vel *Sic*, vel *Rectum Rectè*; duplex igitur interpretatio: Vel. *Sic fac scire*. i.e. doce nos, *ut venire faciamus*, i.e. ut acquiramus, *cor sapientiæ*. i.e. sapiens, Vel. *Numerare dies nostros rectè doce nos*, &c, *LXX*. aliò detorquent, quæ hîc adscribere, tædii aliquid afferret.

Vers. 13.

2701 וְהִנָּחֵם *& pœniteat te*. LXX. *exorabilis esto*. A נָחַם, suprà Num. 167. Imper. Niph.

Vers. 14.

2702 שַׂבְּעֵנוּ *Satura nos*. A שָׂבַע, suprà Num. 725. Imperat. Pih.

Vers. 17.

2703 כּוֹנְנָה (& opus) manuum nostrarum) *confirma, stabile fac*. A כּוּן, suprà Num. 257. Imper. Pihel, geminato נ & quiescente ו in ֹ. R. 63. cum ה parag. Et cum Affixo, כּוֹנְנֵהוּ *confirma illud*, vers. eodem.

Psalmus 91. צא.

2704 יִתְלוֹנָן (in umbra omnipotentis) *commorabitur*, vel, *indesinenter pernoctabit*. A לוּן *pernoctare*, (unde fortè *Luna*, noctis imperatrix.) Fut. Hithp. R. 63. cum (ָ) ob pausam.

Vers. 3.

2705 יָקוּשׁ (ex laqueo) *aucupis*. A יָקַשׁ *laqueum*, aut *rete tetendit*, Nom. ex Pahul Kal, יָקוּשׁ *auceps, venator*.

Vers. 4.

2706 וְסֹחֵרָה (clypeus) *& parma* veritas ejus. LXX. *Scuto circumdabit te veritas ejus*: acceperunt pro Verbo. A סָחַר *circuivit*. Nom. Fœmin. סוֹחֵרָה *clypeus rotundus, parma*, q. parva (levia) arma, unde Martial. *Hæc, quæ sæpe solet vinci, quæ vincere raró, Parma tibi scutum pumilionis erit*.

Vers. 5. & 6.

¶ Succincta & accurata expli-

plicatio horum duorum versuum, extat apud Ioseph. Scaliger. Epist. 9. *Non metues* מִפַּחַד *à consternatione noctu,* מֵחֵץ *à sagitta volãte interdiu,* מִדֶּבֶר *à peste grassante in crepusculo* (caligine) מִקֶּטֶב *à vastitate in meridie*. Istis quatuor generibus comprehendit omnia, quæ hominibus imminent, aut metuenda sunt, uti mortalium vita multis malis obnoxia est, Et; quia Hebræi τὸ νυχθήμερον quadrifariam partiuntur, in vesperam, in mediam noctem, in manè, & meridiem; per noctem intelligit mediam noctem, per crepusculum vesperam: & ait, nunquam per totum diem quicquam eorum, quæ hominibus impendent, metuendum esse ei, quem Deus tutum ab his omnibus præstat, quiq; pietatem colit. Vastitatem καὶ ἐρήμωσιν Hebræi vocant קֶטֶב quod propriè est Vis major καὶ θεομηνία. Quod, quare *dæmonem* verterint LXX. nescio. Hinc Sophistæ hariolati sunt Dæmones, in meridie vagantes. Et sanè Vetustas, tales Dæmonas meridie infestos esse, credebat, ut ille pastor Theocritianus οὐ θέμις ὦ ποιμὴν τὸ μεσημβρινὸν οὐ θέμις ἄμμι Συρίσδεν, τὸν Πᾶνα δεδοίκαμεν.

2707 מִקֶּטֶב *ab excidio.* Targ. מִסִּיעַת שֵׁדִין *à catu dæmonum perdentium in meridie.* LXX. ἀπὸ συμπτώματος *ab incursu*. Nom. radicale קֶטֶב *exitium, lues*, morbus subitò hominem perimens.

2708 יָשׁוּד (quod) *vastabit* in meridie. LXX. καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ *& dæmonio meridiano*, videntur legisse וְשֵׁד *& dæmonium.* A שׁוּד idem quod שָׁדַד *vastare, perdere.* Fut. Kal.

Vers. 7.

2709 מִצִּדְּךָ *à latere tuo* Ab inusitato צָדַד fit צַד *latus*, est latitudinis. צֵלָע verò longitudinis. Cum Affix. assumit dagesh, & mutat (-) in *chir.* R. 124.

2710 יִגָּשׁ (non) *appropinquabit.* A נָגַשׁ *accessit, appropinquavit.* Fut. Kal, compensato נ per dagesh, R. 69. cum (ָ) ob pausam.

Vers. 8.

2711 וְשִׁלֻּמַת *& retributionem* impiorum. A שָׁלַם

retri-

retribuit. Nom. fœm. שִׁלֻּמָה *retributio*, in Regim.

Verſ. 10.

2711 תְאֻנֶּה (non) *impelletur* ad te malum, vel non *fortuitò occurret*. Targ. תארע *accidet, eveniet*. Ab אִנָּה *cauſam, occaſionem præbuit, intulit, impulit, fato quodam indidit*, Fut Pihel, R. 65.

2713 יִקְרָב (non) *appropinquabit*. A קָרַב *acceſſit* ad aliquid, *appropinquavit*, Fut. Kal, In tertia fœm. תִּקְרַב *appropinquabit oratio mea*. Pſ. 119. 169.

Verſ. 12.

2714 בָּאֶבֶן (ne fortè offendat) *in lapide* pes tuus Nom. radicale אֶבֶן *lapis, ſaxum*: excluſo ה Emphat. Plur. אֲבָנִים Cum Affix. אֲבָנֶיהָ *lapides ejus*, Pſ. 102. 15.

Verſ. 13.

2715 שַׁחַל (ſuper) *leonem*. Nom. radicale שַׁחַל *leo*, ſcil. mediæ ætatis inter אַרְיֵה & כְּפִיר

Verſ. 14.

2716 חָשַׁק (in me) *amore propenſus fuit*. Ipſum thema חָשַׁק *cupiit, deſideravit*; metaphoricè *complexus eſt*, amavit,

Psalmus 92. צב.

2717 הַשַּׁבָּת (in die) *Sabbathi*. A שָׁבַת *ceſſavit*, fit שַׁבָּת *ceſſatio* à quovis opere, *quies, vacatio, Sabbathum*.

Verſ. 2.

2718 לְהוֹדוֹת *ad celebrandum*, vel, *ad confitendum*. Ab הוֹדָה ſuprà Num. 300, Gerund, Hiph.

2719 וּלְזַמֵּר & *ad pſallendum*. A זִמֵּר ſuprà Num. 122, Infinit, Pihel.

Verſ. 3.

2720 לְהַגִּיד *Ad annunciandum*. Gerund. Hiph. ab הִגִּיד ſuprà Num. 2764.

Verſ. 6.

Vers. 6.

2721 גָּדְלוּ (Quàm) *magna sunt opera tua.* Præt. Kal, à גָּדַל *magnus fuit* quantitate, vel qualitate. In secunda pers. גָּדַלְתָּ *magnus fuisti*, Ps. 104. 1. plur. גָּדְלוּ.

2722 עָמְקוּ *profundæ sunt* cogitationes tuæ. Præt. pl. Kal, à עָמַק *profundus, immensus, incomprehensibilis fuit.*

Vers. 8.

2723 בִּפְרוֹחַ *In germinando*, i.e. cùm germinant impii. Gerund. Kal, à פָּרַח *germinavit, flores emisit, pullulavit.*

2724 לְהִשָּׁמְדָם *ad exterminari ipsos*, i. e. ut exterminentur ipsi. A שָׁמַד *perditus, abolitus, destructus, exterminatus fuit*, Infin. Niph. cum Affix.

Vers. 10.

2725 יִתְפָּרְדוּ *dissipabuntur.* A פָּרַד *separavit, solvit, dispersit*, Fut. Hithp. cum (ָ) ob exclusum dagesh.

Vers. 11.

2726 בַּלּוֹתִי *Mixtus* (perfusus) *sum* oleo viridi. Tar. רַבִּית יָתִי *inaugurâsti me*, unxisti me. i. e. constanti dominatu, viribus & potentiâ me donâsti. LXX. *& senectus mea*, q. à בָּלָה *senuit.* A בָּלַל *miscuit, fudit, confudit, perfudit*, absolutè *perfusus fuit*, Præt. Kal, per syncopen בַּל, R. 70. in prima & 2da pers. assumit ו, R. 71.

Vers. 13.

2727 כַּתָּמָר. LXX. *ὡς φοῖνιξ ut palma*, florebit. Nom. radicale תָּמָר *palma*, arbor pulcherrima, viroris perpetui, diuturnis vestita frondibꝰ, sine ulla successione; & quia durat multis annis, ideò ad similitudinem *Phœnicis* avis, quæ multo tempore vivit: à Græcis φοῖνιξ vocata. Latinis à volæ manûs similitudine, *palma*, quod comam in cacumine habeat circumextensam, & ramos, in digitorum modum prætensos, unde & fructus ejus *dactyli*, vocantur, quòd digitorum manûs similitudinem referant. Hebræis forsitan à מָרָה *rebellis fuit,*

fuit, à renitentia & rebellione, quòd in diversum nitatur, nec cedat oneri.

2728 יִשְׂגֶּה *crescet. A* שָׂגָה *multiplicatus, auctus fuit, crevit*, Fut. Kal, exit in (..) R.65.

Vers. 14.

2729 יְפָרִיחוּ *germina profundent*, Fut. Hiph. à פָּרַח, vers.8.

Psalmus 93. צג.

2730 מָלָךְ *regnavit.* Est ipsum thema, sed h. l. cum duplici (ָ) ob accentum Sarka, qui aliquando distinguit. Et Ps.96.10. ob accentum Rebhia.

2731 הִתְאַזָּר (robore) *accinxit se.* Ab אָזַר *cinxit, accinxit*, Præt. Hithp. cum (ָ) ob pausam.

Vers. 3.

2732 דָּכְיָם (extollunt flumina) *contritionem suam.* fluctus, qui inter se colliduntur LXX. *voces suas.* דָּכָה *contudit, contrivit*, fit דֳּכִי *contritio*, Cum Affix. *chir*. transit in (ָ) R.123. & (ֳ) amittit suum (:) R.15.

Vers. 5.

2733 נַאֲוָה (domui tuæ) *decora est* sanctitas. Vide Num. 1292.

Psalmus 94. צד.

Vers. 2.

2734 גֵּאִים (super) *superbos.* A גָּאָה *altus, elatus fuit*, Nom. masc. גֵּאֶה *superbus, fastuosus.* In Plur. excludit ה. R.103.

Vers. 4.

2735 יִתְאַמְּרוּ *eloquentur* vel, *prædicabunt se.* Ab אָמַר *dixit*, in Hithp. *se verbis prædicavit, extulit*, Futur. Hithp.

Vers. 6.

2736 יְרַצֵּחוּ *occident.* A רָצַח, suprà Num. 2020. Fut. Pihel, cum (..) ob pausam.

Vers. 8.

Verſ. 8.

2737 בֹּעֲרִים (intelligite) *bruteſcentes* in populo. A Nom. בַּעַר *brutus*, ſuprà Num. 1767. fit Verb. בָּעַר *obbrutuit, brutus, ſtolidus fuit*. Pen. plur. Kal, בֹּעֲרִים Targ. רַשִׁיעִין *qui ſtulti ſunt*. LXX. ἄφρονες *inſipientes*.

Verſ. 9.

2738 הֲנוֹטַע *An plantans* aurem. A נָטַע *plantavit*, Ben. Kal, ex terminatione (..) cum הֲ Interrogat. R. 77.

Verſ. 10.

2739 הֲיֹסֵר *An corripiens* gentes. A יָסַר *caſtigando corripuit*, Ben. Kal, cum הֲ Interrogativo.

Verſ. 13.

2740 לְהַשְׁקִיט *Ad quietem præſtandum*, i. e. ut quietem præſtet ipſi. A שָׁקַט *quievit, in pace degit*, Gerund. Hiph.

2741 יִכָּרֶה (donec) *fodiatur* impio fovea. A כָּרָה *fodit, effodit*, Fut. Niph. exit in (..) R. 65.

Verſ. 17.

2742 דוּמָה (habitâſſet) *ſilentium* anima mea. Targ. בְּשְׁתִיקוּתָא *in ſilentio*. LXX. τῷ ᾅδῃ *in inferno*, i. e. in quo ſilent manes. A דוּם *ſilere*, N. fœm. דוּמָה *ſilentium*; eleganter dicitur de ſepulchro, quòd ibi mortui ſileant. Legitur h. l. & Pſal. 115. 17. *Non mortui laudabunt Deum, nec omnes deſcendentes* דוּמָה *ſilentium*. Targ. בֵּית קְבוּרַת אַרְעָתָא *domum ſepulturæ terræ*. LXX. εἰς ᾅδου, in ſepulchrum: Nota vocem ᾅδης non ſemper denotare infernum, locum damnatorum; ſic enim Genebrard. *Inferni nomine ſignificari ſepulchrum, quoniam in ſepulchro ſilet corpus*.

Verſ. 19.

2743 שַׂרְעַפַּי (in multitudine) *cogitationum mearum*. LXX. *dolorum meorum*. Nom. plur. quadriliterum, שַׂרְעַפִּים *cogitationes*; convenit cum סַרְעַפּוֹת *rami*, nam cogitationes ſunt q. mentis rami. Legitur

tur h.l. tantùm, & Pſ. 139. 23. שַׂרְעַפָּי cum (ּ) ob pauſam.

2744 תַּנְחוּמֶיךָ *conſolationes tuæ.* A נָחַם *conſolatus eſt*, Nom. plur. Heemanthic. תַּנְחוּמִים *conſolationes*, cum Affixo.

2745 יְשַׁעַשְׁעוּ *oblectabunt* animam meam. A שָׁעָה *aſpexit*, in Pihel, abjecto ה, & geminatâ primâ & ſecundâ thematis, fit quadriliterum, שַׁעֲשַׁע *blandè cum voluptate, & oblectatione aſpexit, ſeipſum oblectavit*, Fut. Pihel.

Verſ. 20.

2746 הַיְחָבְרְךָ *Num. conſociabitur tibi.* Ab חָבַר *ſociatus, conſociatus fuit*, Fut. compoſit. ex Kal & Pyhal; in Kal, facit יַחְבּוֹר, in Pyhal יְחֻבַּר. Ob Affix. ךָ, ו tranſit in ׳br. (ut aliàs fit in Imperativ. & Infinitiv. formæ פְּקוֹד) ex Pyhal eſt י & הֲ Interrogativ. amittit ſuum (ּ) P. 77. Alii putant. eſſe Futurum Pyhal, ſed Futura paſſivarum Conjugationum non recipiunt Affixa.

Verſ. 21.

2747 יָגוֹדּוּ *Turmatim congregabuntur*, contra animam juſti. Targ. יְכַנְּשׁוּן בִּישָׁן *coacervabunt mala.* LXX. θηρεύσουσιν *venabuntur.* A גָּדַד *turmatim concurrit; cum exercitu invaſit* Fut. Kal, ſyncopatâ mediâ radicali, R. 70.

Psalmus 95. צה.

Verſ. 2.

2748 בִּזְמִרוֹת *in Pſalmodiis.* A זָמַר ſuprà Num. 122. Nom. fœm. זְמִירָה *Pſalmodia, cantus*. Plur. זְמִירוֹת *Pſalmodiæ* Pſalm. 119. 54. Cum Præfixo בִּזְמִרוֹת abſque (ו)

Verſ. 4.

2749 מֶחְקְרֵי (cujus in manu ejus) *perveſtigationes terræ*, i. e. abſtruſa. LXX. τὰ πέρατα *fines terræ.* Ab חָקַר *remota, aut abſtruſa, ſcrutatus, aut perſcrutatus eſt*, Nom. pl. maſc. מֶחְקָרִים in Regim.

2750 וְתוֹעֲפוֹת *& robora*

ra montium. LXX, καὶ τὰ ὕψη & *altitudines.* A יָעֵף *lassus, fatigatus fuit*, Nom. plur. fœmin. תּוֹעָפוֹת *lassitudines*, per antiphrasin, *fortitudines*: legitur 4. in S S. & dicitur de montibus, rhinocerote & argento, quarum rerum lassitudo vim earum immensam notat. *Lassitudines montium sunt montes altissimi, qui lassitudinem ascendentibus pariunt.*

Vers. 6.

2751 בֹּאוּ *venite.* A בּוֹא *venire*, Imper. Kal בֹּא *veni*, pro בּוֹא, R. 58 pl. וּבֹאוּ *& venite*, Ps. 98. 8.

2752 נִבְרְכָה *ingeniculabimus.* Targ. נַחְמֵט *incurvabimur*, LXX. κλαύσωμεν *ploremus coram Domino*: legerunt נִבְכֶּה *plorabimus*, neglecto ר, A בָּרַךְ *geniculatus est, ingeniculavit, ingenua procubuit*, prima pers. plur. Fut. Kal, cum ה parag.

Vers. 8.

2753 תַּקְשׁוּ (ne) *induretis.* A קָשָׁה *durus, austerus fuit*, in Hiph. הִקְשָׁה *duravit, induravit*, Fut. Hiph. abjecto ה, R. 66.

2754 מַסָּה (in die) *tentationis.* A נִסָּה *tentavit*, Nom. Heemanth. excluso נ, R. 61. num. 4.

Vers. 9.

2755 נִסּוּנִי *tentaverunt me.* Præt. Pih. נִסָּה, *tentavit*, plur. abjecto ה, R. 66. נִסּוּ, cum Affixo.

Vers. 10.

2756 אַרְבָּעִים *Quadraginta* annis. A רָבַע *cubuit, flexis quatuor cruribus jacuit*, Nom. Heemanth. אַרְבַּע *quatuor*; in plurali tot notat denarios, quot in singulari unitates.

2757 אָקוּט *tædio, affectus sum.* LXX. προσώχθισα *infensus fui.* A קוּט *dolore, tædio affici, fastidire*, Fut. Kal, R. 60.

2758 תֹּעֵי (populus) *errantium* corde. LXX. *semper errant corde* sensu eodem. A תָּעָה *erravit, deviavit*, Ben.

Kal,

Kal תְּעֶה, plur. ejecto ה, R. 103. תְּעִים, in Regim. תְּעֵי.

Psalmus 96. צו.

Verſ. 2.

2759 בַּשְּׂרוּ *annunciate.* Imper. Pih. à בִּשֵּׂר, ſuprà *Num.* 2138.

Verſ. 3.

2760 סַפְּרוּ *Enarrate.* Imp. Pihel, à סִפֵּר, ſuprà *Num.* 86.

Verſ. 5.

2761 אֱלִילִים (omnes dii populorum) *idola.* LXX. *dæmonia.* Ab אֱלִיל *nihil, nihilum*, res non exiſtens: q. ab אַל *non*, geminato ל, ad extremā nullitatem denotandā. Pl. אֱלִילִים *idola*, q. nihilitates, quòd nihil omnino ſint, 1. Cor. 8.4. Vel q. אַל אֱלִים *non dii*, Dei tantùm quædam fictitia umbra, opis expers. Cum Præfixo בָּאֱלִילִים *in idolis*, Pſalm. 97.7. excluſo ה Emphat.

Verſ. 9.

2762 חִילוּ *contremiſcite* à facie ejus. Ab חוּל, ſuprà Num 502. Imper. Hiph. ejecto ו, R. 58. per aphæreſin literæ Characteriſticæ, pro הָחִילוּ.

Verſ. 11.

2763 יִרְעַם *commovebitur* mare. A רָעַם *tonuit, commotus fuit, perſtrepuit*, Fut. Kal.

Psalmus 97. צז.

2764 הִגִּידוּ *Annunciârunt.* Præt. pl. Hiph. ab הִגִּיד, ſuprà *Num.* 447.

Verſ. 7.

2765 עֹבְדֵי *cultores* ſculptilis. A עָבַד, ſuprà *Num.* 109. Ben. plur. Kal, Regim.

2766 הַמִּתְהַלְלִים *qui gloriantur.* Ab הִלֵּל *laudavit*, in Hithp. *ſe jactavit*, vel, *prædicavit*, Particip. Hithp. cum ה Relativo, excluſo dagesh ex litera ſhev, R. 20.

Verſ. 10.

2767 שִׂנְאוּ *odio habete malum.* A שָׂנֵא *odio habuit.* Imper.Kal.

Verſ. 11.

2768 זָרֻעַ (Lux) *ſata eſt* juſto, LXX. *orta eſt*, q. ex זָרַח *ortus fuit.* A זָרַע *ſevit, ſeminavit, ſemen projecit*, ad ſpeciem conſervandam. Pahul Kal, cum (ֻ) loco וּ

PSALMUS 98. צח.

Verſ. 2.

2769 גִּלָּה *revelavit*, Præt. Pih. גִּלָּה *revelavit, denudavit*, R. 65.

Verſ. 4.

2770 פִּצְחוּ *fragorem edite* præ gaudio. A פָּצַח *fragorem. ſonum edidit, perſonuit*, Imp. Kal.

Verſ. 6.

2771 בַּחֲצֹצְרוֹת *in tubis ductilibus*, Nom. F. חֲצֹצְרָה *tuba*, nomen habet à ſono, cujus uſus erat in templo.

Verſ. 8.

2772 יִמְחֲאוּ (flumina) *plaudent* manu. Targ. יְמַחוּן תַּפָּא אִידָא *percutient tympana manu*: poëtica locutio. A מָחָא *plauſit manibus, comploſit.* Fut. Kal.

PSALMUS 99. צט.

2773 תָּנוּט *nutabit* terra. A נוּט *nutare, moveri*, Fut. Kal, R. 60.

Verſ. 5.

2774 רוֹמְמוּ *Exaltate.* A רוּם *altum eſſe*, Imper. Pih. R. 63.

2775 לַהֲדוֹם (adorate) *ad ſcabellum* pedum ejus, i. e. in templo, quod eſt ſcabellum pedum ejus: ut ל ſit pro ב. Tar. לְבֵית מַקְדְּשֵׁהּ *ad domum ſanctuarii ejus*, inde enim orantes ſe exauditurum, pollicitus eſt, LXX. *adorate ſcabellum*, omiſſo ל, Genebr. *Alluditur ad geſtum adorantium regem, & ad thro-*

thronum ejus accumbentium, q. d. *coram scabello pedum ejus procidite, quasi ante pedes ejus prostrati*. Nom. radic. הֲדוֹם *scabellum*, pars inferior sedis, ubi pedes resident. Cum Præfix. *Adorabimus* לַהֲדוֹם *ad scabellum pedum ejus*, Ps. 132. 7. LXX. *in loco, ubi steterunt pedes ejus*.

Vers. 6.

2776 וּשְׁמוּאֵל *& Samuel*, Nom. proprium celeberrimi vatis & judicis in Israël, à שָׁמַע *audivit* & אֵל *Deus*: dixit enim mater ejus, *quoniam à Domino postulavi eum*, 1. Sam. 1. 20. Vel q. שְׁמוֹ מֵאֵל *nomen ejus à Deo*.

Vers. 8.

2777 נֹשֵׂא *condonans*. A נָשָׂא suprà Num. 1261. Ben. Kal.

2778 וְנוֹקֵם *& ulciscens* A נָקַם suprà Num. 387. Ben. Kal.

Psalmus 100. ק.

Vers. 3.

2779 וְלֹא אֲנַחְנוּ *& non ipsi nos*; juxta Masorethas, וְלוֹ *ipsius nos sumus*.

Psalmus 101. קא.

Vers. 3.

2780 עֲשֹׂה *facere*, id est, facta. A עָשָׂה *fecit*, Infin. Kal.

2781 סֵטִים *deflectentium*, i. e. qui deflectunt. Vel, facere, ut deflectentes faciunt. A שׂוּט vel שָׂטָה *declinare, deflectere*, plur. masc. סֵטִים *apostatæ*, cum ס loco שׂ, R. 1.

2782 יִדְבַּק *adhærebit*. A דָּבַק *firmiter adhæsit*. Fut. Kal, יִדְבַּק in fœm. תִּדְבַּק *adhærebit lingua mea*, Ps. 135. 6.

Vers. 4.

2783 יָסוּר (cor pravum) *recedet* à me. Fut. Kal, à סוּר *recedere*, R. 60.

Verſ. 5.

2784 מְלוֹשְׁנִי *Detrahens* in occulto. Tar. דִּמְשַׁתְּעֵי לִישָׁן תְּלִיתָי *qui loquitur linguâ tertiâ*, vide ſuprà Num. 263. A Nom. לָשׁוֹן *lingua*, factum eſt Verbum in Pih. ad formam Fohel, לוֹשֵׁן *oblocutus eſt, obtrectavit, detraxit*, ſed legitur ſolùm in Partic. מְלוֹשֵׁן, q. d. *linguator*. Eſt cum (י) parag. ob quod (ֵ) mutatur in (ְ) br. manente ו otioſo.

2785 גְּבַהּ *elatum* oculis. A גָּבַהּ *altus fuit, ſuperbivit*, Nom. maſc. גָּבוֹהַּ *altus*, וְגָבוֹהַּ *& altum*, Pſal. 138.6. In Regim. correpto (ָ) in (ְ) fit per craſin גְּבַהּ. Plur. הַגְּבוֹהִים *illi altiſſimi*, Pſ. 104.18.

2786 וּרְחַב *& latum* corde i. e. tumidum לֹא אוּכָל *non potero* ſcil. ferre. LXX. *cum eo non comedam*, (*q. ab* אָכַל *comedit.*) A רָחַב *latus, amplus fuit*, Nom. maſc. רָחָב *latus, amplus*. In Regim. וּרְחַב. In F. רְחָבָה *ampla, lata*, Pſ. 119.96. & ſubſtantivè בִּרְחָבָה *in ipſa amplitudine*, Ibid. verſ. 45.

Verſ. 6.

2787 יְשָׁרְתֵנִי *miniſtrabit mihi*. A שֵׁרֵת, in Pih. *miniſtravit*; differt à עָבַד *ſervivit*, quòd hoc de graviore & duriore dicatur ſervitute: illud etiam liberorum eſt. Fut. Pih. cum Affixo, compenſato dagesh per (ָ)

PSALMUS 102. קב.

Verſ. 4.

2788 כְּמוֹקֵד (oſſa mea) *tanquam aduſtione* aduſta ſunt, vel, *tanquam focus*. Targ. הֵיךְ תַּפְיָא *tanquam lebes*. LXX. ὡσεὶ φρύγιον *ſicut cremium*. A יָקַד *accenſus fuit, arſit*, Nom. Heemanth. מוֹקֵד *uſtio, aduſtio, focus*.

Verſ. 5.

2789 הוּכָּה *Percuſſum eſt*, ut herba. A נָכָה, in Hiph. הִכָּה *percuſſit*, ſuprà Num. 3‹0.

Præt.

Præt.Hoph. הֻכָּה *percussus fuit*, est cum ו,loco (ּ) R.107.

2790 וַיִּבַשׁ *& exaruit* cor meum: ut sol herbam viridem, ita mœstitia percutit cor meum,quoad exarescat. A יָבֵשׁ *aruit, exaruit*, Fut. Kal, quiescente (י) in *chir.* R.55. אִיבָשׁ *arescam*, vers. 12. cum (ָ) ob pausam. In tertia pers. cum ו Convers.abjecto (י) rad. וַיִּבַשׁ. pro וַיִּיבַשׁ.

Vers. 7.

2791 דָּמִיתִי *Similis fui.* Præt. Kal, à דָּמָה *similis fuit*, Psal.144.4, In prima pers.mutato ה in (י) R.66.

2792 לִקְאַת *ululæ deserti*, voce scil. lamentabili. LXX. *Pelicano solitario.* A קָאָה vel קוֹא, *vomuit*, Nom.fœm. קָאָה *avis sylvestris*, vocem edens lamentabilem, *ulula*, vel *onocrotalus*, avis cygno similis, sic dicta, quòd collum in aqua mergens, spiránsque, veluti ruditum asini edat: ὄνος *asinus* & κρότος *crepitus*. Vel *pelicanus* avis immunda, quæ conchas, calore ventris coctas, rursus evomit, ut, testis ejectis, esculenta seligat. In Regim. קְאַת, R.114.& 115.

2793 כְּכוֹס *sicut noctua* solitudinum. Targ. הֵיךְ קְפּוּפָא דִּי בְּאַרְעָא נְבוּכְתָא *sicut noctua, quæ est in terra vasta*, LXX. *sicut nycticorax*. Nom. radicale כּוֹס *bubo*, avis feralis & nocturna, debilis ad volandum, in cavernis commorans, à bovis mugitu, quem imitari videtur, ita apellata,

Vers. 8.

2794 שָׁקַדְתִּי *Advigilavi*. Præt.Kal. A שָׁקַד *sedulus, intentus fuit, advigilavit*, Ps. 127.1.

2795 בּוֹדֵד (fui, sicut passer) *solitarius*, absque consorte, vel compare. Targum דְּפָרַח וְנָיֵד בִּלְחוֹדֵהּ *qui volitat & vagatur solus*. A בָּדַד *solus, solitarius fuit, solum se reddidit*: legitur tantùm in Ben. Kal.

2796 גָּג (super) *tecto*. Nom. radicale גָּג *tectum*, pars superior domûs plana, & sub dio existens, ut antiquus mos

erat. In Plur. fœm. resoluto (ֵ) in (ִ) & dagesh, R. 112. *ſicut herba* גַּגּוֹת *tectorum*, Pſal. 129. 6. citò areſcens.

Verſ. 9.

2797 מְהוֹלָלַי *inſanientes mei*, i.e. contra me. Ab הָלַל, ſuprà Num. 233. Particip. Plur. Pihel, ad formam Pohel, cum Affixo. LXX. *& qui laudabant me*, legerunt ex הִלֵּל.

Verſ. 10.

2798 אֵפֶר *cinerem*, Nom. radicale אֵפֶר *cinis*, ſcil. pulvis, in quem materia uſta reſolvitur; q. à פָּרָה *fructificavit*, per antiphraſin, quòd cinis fœcunditatem prohibeat, & ſterilitatem inducat: unde mœroris, & luctûs ſignum eſt in ſacris. Cũ Præfix. כָּאֵפֶר *ſicut cinerem*, Pſal. 147. 16. excluſo ה Emphat.

2799 וְשִׁקֻּוַי *& potiones meas*. A שָׁקָה *bibit*, Nom. m. שִׁקּוּי *potio*, omnis generis *potus* Plur. שִׁקּוּיִם, cum Affixo.

2800 מָסָכְתִּי (cum fletu) *miſcebam*. A מָסַךְ *miſcuit, temperavit*; prima perſ. Præt. Kal, cum (ָ) ob pauſam.

Verſ. 14.

2801 תְּרַחֵם *miſereberis*. A רָחַם, ſuprà Num. 734. Fut. Pih. abſorpto dagesh.

2802 לְחֶנְנָהּ (tempus) *miſerendi ejus*, gratiam facere ei. Ab חָנַן *gratiam fecit, miſertus eſt*, Infin. Pihel, cum Affixo, pro לְחַנְּנָהּ, ubi dagesh ex litera ſhevata tollitur, R. 20. & (ֶ) pro (ַ) ponitur, R. 107.

Verſ. 15.

2803 יְחוֹנֵנוּ (pulverem ejus) *gratum habebunt*, diligent. A ſuperiori חָנַן, Fut. Poh. cum (ֵ) ob pauſam.

Verſ. 17.

2804 בָּנָה *ædificavit*. Ipſum thema.

2805 וְנִרְאָה *& conſpectus eſt*, Præt. Niph. à רָאָה *vidit*.

Verſ. 18.

2806 הָעַרְעָר (reſpexit ad orationem) *myricæ*, i.e. hominis afflicti & dejecti. Targ. *ad orationem deſolatorum*. LXX. *humilium*. עַרְעָר *myrica*, humilis & puſillus frutex, folio ſcabro, flore purpureo, concretu muſcoſo, quo apes impensè delectantur. In pauſa cum (ׇ) עַרְעָר; Vel, *reſpexit ad orationem nudatiſſimi*; ut ſit à עָרָה *nudus fuit*, עַרְעָר *nudatiſſimus*, omni ope deſtitutus; geminatâ primâ & ſecundâ, & abjecta ה. Vel denique, *Reſpexit ad excitantem orationem ſuam*; ut ſit à עוּר *excitare*.

Verſ. 19.

2807 נִבְרָא (& populus) *creatus* laudabit Dominum, Targ. דַּעֲתִיד לְאִתְבְּרָאָה *qui in futuro creabitur*. LXX. *qui creabitur*, naſcetur. A בָּרָא *creavit*, Part. Niph.

Verſ. 21.

¶ לִשְׁמוֹעַ *Ad audiendum* gemitum vincti. Gerund. Kal, à שָׁמַע *audivit*.

2808 לְפַתֵּחַ *ad ſolvendum* (filios mortis) i.e. deſtinatos morti, vel, filios perditos, quomodo filius contumax dicitur *filius contumaciæ*: ita ut ſit; vel Genitivus finis, vel Genitivus adjuncti. A פָּתַח *aperuit*, *ſolvit*, Gerund. Pih.

Verſ. 23.

2809 בְּהִקָּבֵץ *In congregando*, i.e. dum congregantur. A קָבַץ *collegit*, *congregavit*, dicitur de re diſperſa: Gerund. Niph.

2810 לַעֲבוֹר *ad colendum* Dominum. A עָבַר, ſuprà Num. 109. Gerund. Kal,

Verſ. 24.

2811 קִצַּר *abbreviavit* dies meos. LXX. *paucitatem dierum meorum*, acceperunt pro nomine קֹצֶר. A קָצַר *brevis*, *curtus fuit*, Præt. Pih. cum (ׇ) loco (ֵ)

Verſ. 25.

2812 בַּחֲצִי *in dimidio* dierum meorum. Ab חָצָה *dimidia-*

midiavit, fit חֲצִי *dimidium*, *Medietas*.

Vers. 27.

2813 יִבְלוּ (sicut vestimentum) *veterascent*. A בָּלָה *senuit*, *inveteravit*, Fut. Kal, abjecto ה, R.66.

2814 תַּחֲלִיפֵם *mutabis eos*. Ab חָלַף *mutavit*; rem, vel locum, *variavit*. Fut. Hiph. cum Affix.

Psalmus 103, קג.

Vers. 3.

2815 הַסֹּלֵחַ *qui parcit*. A סָלַח *pepercit*, *propitius fuit*, *condonavit*, Ben. Kal, cum ה Relativo, R.76.

2816 הָרוֹפֵא *qui sanat*. A רָפָא *dolorem mitigavit*, *sanavit*. Ben. Kal, cum ה Relativo.

2817 תַּחֲלוּאָיְכִי *infirmitates tuas*. Ab חָלָה *infirmus fuit*, *ægrotavit*, Nom. Pl. Heemanth. תַּחֲלוּאִים *morbi*, *dolores*, mutato ה in א, R.1. cum Affixo. Syriaco יְכִי pro Hebr. אַיִךְ, R. 149.

Vers. 4.

2818 הַמְעַטְּרֵכִי *qui coronat te*. A עָטַר *coronavit*, Part. Pih. מְעַטֵּר, cum ה Relativo, R.76. & Affixo Syr. כִי.

Vers. 5.

2819 הַמַּשְׂבִּיעַ *Qui satiat*. A שָׂבַע *satur fuit*, Præt. Hiph. הִשְׂבִּיעַ *saturavit*, Psal. 107. 9. unde Particip. cum ה Relativo.

2820 תִּתְחַדֵּשׁ *renovabitur*. Ab חִדֵּשׁ *novavit*, *renovavit*, Fut. Hithp.

2821 כַּנֶּשֶׁר *ut aquila*, juventus tua. Nom. radicale נֶשֶׁר *aquila*, cum כ similitud. excluso ה Emphat. Vel à Chald. נְשַׁר *cecidit*, *decidit*, quòd quoque decennio ei decidant plumæ, totáq; implumis maneat; quibus paulò pòst pullulantibus, vetusta mater iterum renovatur in pullum. Convenit cum שׁוּר *respicere*, quòd recto obtutu solem aspiciat: item cum יָשַׁר *rectum esse*, quòd volatum rectà dirigat in prædam.

Vers. 6

Verſ. 6.

2822 עֲשׁוּקִים *oppreſſis.* A עָשַׁק *oppreſſit, vim fecit,* Pahul Kal עָשׁוּק *oppreſſus,* plur. cum Præfix. לַעֲשׁוּקִים *oppreſſis.*

Verſ. 7.

2823 יָרִיב *litigabit.* A רוּב *litigare,* Fut. Hiph. R. 58.

2824 יִטּוֹר (nec in æternum) *aſſervabit.* Targ. יטור דְבָבוֹ *ſervabit odium ſuum,* LXX. *comminabitur.* A נָטַר *ſervavit, aſſervavit, cuſtodivit,* plerumque ſumitur in malum, & per ellipſin, *ſervavit inimicitias, iram, odium,* &c. Fut. Kal, ejecto נ. R. 69.

Verſ. 11.

2825. כִּגְבֹהַ *Secundùm altum eſſe,* i. e. ſecundùm altitudinem. A גָּבַהּ *altus, excelſus, ſublimis fuit,* Infinit Kal, pro Nomine.

Verſ. 12.

2826 כִּרְחוֹק *Secundùm diſtare,* i. e. quantùm diſtat. A רָחַק *longè, procul abeſſe, diſtare,* Infin. Kal, cum כ ſimilitud.

Verſ. 13.

2827 כְּרַחֵם *Secundùm miſereri,* i. e. quomodo miſeretur. A רָחַם, ſuprà Num. 734. Infin. Pih. abſorpto dagesh.

Verſ. 14.

2828 יִצְרֵנוּ (novit) *figmentum noſtrum.* A יָצַר *finxit,* Nom. maſc. יֵצֶר *figmentum.* cum Affixo. ut ſuprà Num. 770.

2829 זָכוּר *memor,* quòd pulvis ſumus. A זָכַר *recordatus eſt.* Partic. Pahul.

Verſ. 15.

2830 כְּצִיץ *ſicut flos.* A צוּץ, ſuprà Num. 2279. fit צִיץ *flos,* cum כ ſimilitud.

Verſ. 16.

2831 יַכִּירֶנּוּ (& non) *agnoſcet ipſum.* A נָכַר *agnitus fuit,*

fuit, in Hiph. הִכִּיר *agnovit*, *cognovit*, *discrevit*, Fut. Hiph. compensato נ per dagesh, R.69. cum Affix.

Vers. 18.

2832 וּלְזוֹכְרֵי *& recordantibus*. A זָכַר, paulò antè Ben. Plur. Kal, in Regim.

Vers. 19.

2833 מָשָׁלָה (& regnum ejus in omnibus) *dominatur*, A מָשַׁל, suprà Num. 402. Præt. F. Kal, cum (ָ) ob pausam, pro מָשְׁלָה.

Vers. 21.

2834 מְשָׁרְתָיו *ministri ejus*. A שָׁרַת, suprà Num. 2787 Nom. Participiale Pih. מְשָׁרֵת *minister*. Plural. cum Affixo, מְשָׁרְתָיו, Ps. 104. 4.

Vers. 22.

2835 מֶמְשַׁלְתּוֹ *dominium ejus* A superiori מָשַׁל. N. Fœm. Heemanth. מֶמְשָׁלָה, & מֶמְשֶׁלֶת, *dominium*, *potestas*, לְמֶמְשֶׁלֶת *ad dominium*, Psal. 136. 8. Cum Affix. utrumque (ֶ.ֶ) transit in (ְ) R. 121. & prius in (ַ) וּמֶמְשַׁלְתְּךָ *& dominium tuum*, Plur. מֶמְשָׁלוֹת, in Regim. (ָ) in (ְ) לְמֶמְשְׁלוֹת *in dominium noctis*, Psal. 136. 9. Cum Affix. מַמְשְׁלוֹתָיו *dominia ejus*, Psal. 114. 2. cum (ַ) sub מ, pro (ֶ)

PSALMUS 104. קד.

Vers. 2.

2836 עֹטֶה *Amictus*. A עָטָה *opertus fuit*, suprà Num. 2250. Ben. Kal, exit in (ֶ) R. 65.

2837 כַּשַּׂלְמָה *sicut vestimento*. Ab Arabico שָׂמַל *vestivit*, *induit*, Nom, F. שִׂמְלָה, & שַׂלְמָה, *vestis*; cum כ similitud. quod excludit ה Emphat.

2838 נוֹטֶה *extendens* cœlos. A נָטָה *extendit*, Ben. Kal, ut suprà.

2839 כַּיְרִיעָה *sicut cortinam*, LXX. *sicut pellem*, Nom. Fœm.

Fœm. יְרִיעָה *cortina*, *velum*, *aulæum*, quo parietes aularum veſtiuntur : cum כ ſimilitud. excluſo ה Emphat. & ſublato dagesh ex (י) ſhevato, R. 20.

Verſ. 3.

2840 הַמְקָרֶה *Qui contignat*, tanquam tignis tegit. A קָרָה *occurrit*, in Pih. קָרָה *occurrere fecit*, *conjunxit*, *contignavit*, trabes ita diſpoſuit, ut una alteri occurrat, Part. Pih. cum (ָ) ob excluſum dagesh, cum ה Relat. ut ſuprà 2828.

2841 עֲלִיּוֹתָיו *cœnacula ſua*, Nubes mediæ regionis, quæ ſunt quaſi contignatio ſuper terram. LXX. *ſuperiora ejus*. A עָלָה *aſcendit*, Nom. F. עֲלִיָּה *cœnaculum*, ſuperior domûs pars, ad quam per ſcalas aſcendebant, ibíque cœnabant. plur. cum Affix. & Præfix. *kigans montes* מֵעֲלִיּוֹתָיו *è cœnaculis ſuis*, verſ. 13.

2842 רְכוּבוֹ (qui ponit nubes) *vehiculum ſuum*. A רָכַב *vectus fuit*, fit רְכוּב *vehiculum*.

2843 הַמְהַלֵּךְ *qui ambulat*. Ab הָלַךְ *ambulavit*. Part. Pih. ut Num. 2828.

Verſ. 7.

2844 יְחָפֵזוּן (à voce tonitrui tui) *trepidè ſurripient ſe*. Targ. יִתְבַּהֲלוּן *terrebuntur*. Ab חָפַז, ſuprà Num. 1255. Fut. Niph. cum ן parag. poſterius (..) eſt ob pauſam, & prius ob dagesh ejectum.

Verſ. 8.

2845 בְקָעוֹת *valles*. A בָּקַע *fidit*, Nom. fœm. בִּקְעָה *vallis*, quòd à montibus utrinque diſſecta ſit : facit plural. בְּקָעוֹת, R. 23.

Verſ. 9.

2846 לְכַסּוֹת *ad operiendum*. Gerund. Pih. à כָּסָה *operuit*.

Verſ. 10.

2847 הַמְשַׁלֵּחַ *Qui mittit*. A שָׁלַח *miſit*, Part. Pih. ut Num. 2828.

Verſ. 11.

Verſ. 11.

2848 יִשְׁבְּרוּ *frangent.* A שָׁבַר *fregit*, Fut. plur. Kal.

2849 פְּרָאִים *Onagri* ſitim ſuam, qui, ob corporis ſiccitatem, frequenter ſitim patiuntur. Nom. radicale פֶּרֶא *Onager*, aſinus ſylveſtris, (unde Latin. *Fera*, quòd ferarum ſit notiſſima fera Onager.) Plur. פְּרָאִים, R. 122.

Verſ. 12.

2850 עֳפָאִים (è medio) *frondium.* Targ. זַזְיָא *ramorum.* LXX. *petrarum.* Ab inuſitato עֳפֶה, fit plur. tantùm m. עֳפָאִים *rami, frondes*; quod tamen apud Chald. uſurpatur in ſing. עֳפִי, Dan. 4. 11.

Verſ. 13.

2851 מַשְׁקֶה *Irrigans* montes. A שָׁקָה *bibit*, in Hiph. הִשְׁקָה *bibere dedit, potavit, rigavit, irrigavit*, Partic. Hiph. מַשְׁקֶה, R. 65. in Regim. (..) ante ה tranſit in (..) R. 122.

Verſ. 14.

2852 מַצְמִיחַ *Germinare faciens.* A צָמַח, ſuprà Num. 2613. Partic. Hiph. & cum ה Relativo הַמַּצְמִיחַ *qui germinare facit*, Pſ. 147. 8.

2853 לַעֲבֹדַת (& herbam) *ſervituti* hominis. A עָבַד *ſervivit*, Nom. fœm. עֲבוֹדָה *ſervitus, miniſterium, opus*. In Regim. עֲבוֹדַת. Cum Affixo וְלַעֲבוֹדָתוֹ *& ad culturam ejus*, v. 23.

2854 לְהוֹצִיא *ad producendum.* A יָצָא *exiit*, in Hiph. mutato (י) in ו, R. 57. הוֹצִיא *exire fecit, produxit*, Gerund. Hiph.

Verſ. 15.

2955 לְהַצְהִיל *ad faciendum hinnire* faciem *præ oleo i. e. præ lætitia. Vel, ut LXX. τοῦ ἱλαρῦναι *ad exhilarandum faciem oleo*; vultus enim lætitiam proclamat, oleo, vel unguento, delibutus; hinnitus autem in equo hilaritatis indicium eſt. Targ. לְאַנְהָרָא *ad illuſtrandum*, q. eſſet לְהַצְהִיר. A צהל

צָהַל *hinnivit*, proprium est equorum, hinc *jubilavit, exultavit. lætitiam clarâ voce testatus est* : equi enim, cùm hinniunt, exultare videntur, Gerund. Hiphil.

Vers. 17.

2856 יְקַנֵּנוּ (illic passeres) *nidificabunt.* A קָנַן *nidificavit, nidum posuit*. Fut. plur. Pih. cum (..) ob pausam, pro יְקַנְּנוּ.

2857 חֲסִידָה *ciconia.* Ab חֶסֶד *pietas, beneficentia.* Nom. fœm. חֲסִידָה *ciconia*, avis pia, benefica & grata: hæc enim (teste Aristot.) parentes senio confectos nutrit, in volando fessos juvat, portátque.

2858 בְּרוֹשִׁים *abietes* domus ejus: ciconiæ enim nidificant in abietibus. LXX. *Erodii domus dux eorum est* : legerunt בְּרֹאשָׁם *in capite ipsorum.* Nom. radicale בְּרוֹשׁ *abies*, arbor altissima, terreni humoris expers, ideóque levis, & miræ rectitudinis.

Vers. 18.

2859 לַיְּעֵלִים (montes excelsi) *capreis*, LXX. *cervis*, A עָלָה *ascendit*, fit יַעֲלָה *caprea, rupicapra*, quòd montes & rupes ascendat, (alii referunt ad יָעַל.) Plur. לַיְּעֵלִים excludit ה Emphat.

2860 לַשְׁפַנִּים (petræ latibulum) *cuniculis* LXX. *petra refugium leporibus.* Nom. radicale שָׁפָן *cuniculus*, animal simile lepori, quòd sub terra cuniculos sibi facere solet, Martial. *Gaudet in effossis habitare cuniculus antris*, In pl. posterius (ָ) transit in (ַ) & dagesh, R. 112. & prius in (ְ) R. 114. éstque cum ל, quod excludit ה Emphat.

Vers. 20.

2861 תִּרְמֹשׂ (in ipsa scil. nocte) *calcabit* omnis bestia sylvæ, Fut. Kal, à רָמַשׂ (idem quod רָמַס) *repsit, calcavit* : unde vers. 25. רֶמֶשׂ *reptile*, quicquid repit, h. e. sine pedibus progreditur, aut, quod pedes habet adeò exiguos, ut eis carere videatur.

Vers. 21.

2862 שַׁאֲגִים (Leunculi

li) *rugient*. Ben. Kal, suprà Num. 998.

2863 וּלְבַקֵּשׁ *& ad inquirendum*. Infin. Pih. à בִּקֵּשׁ Num. 181.

Vers. 22.

2864 תִּזְרַח *Exorietur* sol. A זָרַח *ortus, exortus fuit,* Psal. 112.4. i.e. splenduit, Fut. Kal.

2865 יֵאָסֵפוּן *recipient se*. Ab אָסַף Num. 1130. Fut. Niph. cum ן parag. ubi posterius (..) est ob pausam, pro (:) & prius ob exclusum dagesh.

2866 יִרְבָּצוּן *accubabunt* A רָבַץ Num. 1054. Fut. Kal, cum ן parag. & (ּ) ob pausam.

Vers. 24.

2867 קִנְיָנֶךָ (impleta est terra) *possessionibus tuis*, divitiis. LXX. *creatione tuâ*. A קָנָה *paravit*, quoquo modo *acquisivit*, Nom. Heemanth. קִנְיָן *possessio, divitiæ*, in omni re. Cum Affix. *& dominator in omni* קִנְיָנוֹ *possessione ejus*, Psal. 105.21. Plur. קִנְיָנִים *opes, divitiæ*, cum Affixo.

Vers. 25.

2868 קְטַנּוֹת (animalia) *pusilla* cum magnis. A קָטֹן *parvus, pusillus fuit*, quantitate & qualitate. Nom. masc. קָטָן *parvus, pusillus*. fœm. קְטַנָּה ut paulò antè Num. 2860. Plur. masc. הַקְּטַנִּים *ipsos pusillos*, Ps. 115.13. Fœm. קְטַנּוֹת.

Vers. 26.

2869 לְשַׂחֶק־בּוֹ *ad ludendum in eo*, scil. mari, ut Leviathan, maximus ille maris incola, in eo se moveat, exerceat, & q. ludat. LXX. *Draco iste, quem formâsti*, ἐμπαίζειν αὐτῷ *ad illudendum ei*, sensu valde obscuro. A שָׂחַק suprà Num. 71. Infin. Pih. absorpto dagesh cum (..) ob Maccaph, pro לְשַׂחֵק

Vers. 27.

2870 יְשַׂבֵּרוּן *sperabunt* A שָׂבַר animo in aliquid intendit, illud potiendi causâ, hinc spe-

speravit, expectavit. Fut. Pih. *oculi omnium in te* יְשַׂבֵּרוּ *sperabunt*, Psal. 145. 15. & cum ן parag. יְשַׂבֵּרוּן cum (..) ob pausam,

Vers. 28.

2871 יִלְקוֹטוּן *colligent.* A לָקַט (unde forsitan. Latin.) *legit, collegit*, Fut. pl. Kal, cum ן parag. & ו, ob pausam.

Vers. 29.

2872 יִבָּהֵלוּן *turbabuntur.* A נִבְהַל supra Num. 290. Fut. Niph. יִבָּהֲלוּ cum ן parag. & (..) ob pausam. יִבָּהֵלוּן

2873 יִגְוָעוּן *exspirabunt.* A גָּוַע supra Num. 2648. Fut. Kal cum (ָ) ob pausam, & ן paragog.

Vers. 30.

2874 יִבָּרֵאוּן *creabuntur.* A בָּרָא in Niph. נִבְרָא *creatus* ex nihilo, aut ex alio novus productus *fuit*, Futur. Niph. ut paulò antè, N. 2870.

2875 וּתְחַדֵּשׁ *& renovabis.* A חִדֵּשׁ *renovavit.* Fut. Pih.

Vers. 32.

2876 הַמַּבִּיט *Qui respicit.* Ab הִבִּיט supra Num. 530. Particip. Hiph. (pro præsenti) cum ה Relativo.

2877 וַתִּרְעָד *& tremuit*, A רָעַד *tremuit*, *contremuit.* Fut. Kal, cum ו Convers. & (ָ) ob pausam.

2878 יִגַּע *tanget.* A נָגַע *tetigit*, tam in bonum, quàm in malum, Fut. Kal, compensato נ per dagesh. R. 69. In plur. *Ne* תִּגְּעוּ *tangatis inunctos meos*, Ps. 105. 15.

Vers. 34.

2879 יֶעֱרַב *Dulcescet.* A עָרַב *miscuit*, inde *dulcis, jucundus, gratus fuit*, quòd mixta & temperata gratiora sint, Futur. Kal, ubi guttural. punctat se & præcedentem, R. 13.

PSAL-

Psalmus 105. קה.

2880 קִרְאוּ *invocate.* A קָרָא *clamavit, invocavit,* Imper. Kal.

Verſ. 2.

2881 שִׂיחוּ *loquimini.* A שׂוּחַ, ſuprà Num 1899. Imp. Hiph. per Aphæreſin ה pro הָשִׂיחוּ.

Verſ. 3.

2882 הִתְהַלְלוּ *Laudate vos.* Ab הִלֵּל *laudavit*, Imp. Hithp, excluſo dagesh ex ל ſhevato, R. 20.

Verſ. 4.

2883 דִּרְשׁוּ *Quærite.* Imper. Kal, à דָּרַשׁ ſuprà Num. 445.

Verſ. 9.

2884 וּשְׁבוּעָתוֹ *& juramentum ejus*, à שָׁבַע, in Niph. נִשְׁבַּע *juravit*, Nom. Fœm. שְׁבוּעָה *juramentum*, cum Affix. ה tranſit in ת. Num. 645.

2885 לְיִשְׂחָק *ad Iſaac.* A שָׂחַק, vel צָחַק, *riſit*, Nom. proprium filii Abrahæ à riſu Saræ, & gaudio Abrahami. Scribitur 4. cum שׂ aliâs ſemper cum צ, יִצְחָק.

Verſ. 11.

2886 כְּנַעַן *Canaan.* A כָּנַע *depreſſit, humiliavit*, Nom. proprium כְּנַעַן *Canaan*, filius Cham. Gen. 9. 18. ab hoc terra Canaan nomen ſortita eſt, quam ipſe & decem populi ex decem filiis ejus progeniti, incolebant. In pauſa כְּנָעַן.

Verſ. 12.

2887 וְגָרִים *& peregrini.* A גּוּר, ſuprà Num. 231. Præt. Kal, R. 60. גָּר *peregrinatus eſt*, verſ. 23. In prima perſ. גַּרְתִּי *peregrinatus ſum*, Pſal. 102, 5. In particip. ut in Præterit. גָּר, plur. גָּרִים. aliâs גֵּר.

Verſ. 14.

2888 לְעָשְׁקָם *ad opprimendum eos.* A עָשַׁק *oppreſſit*,

Infi-

Infinit. Kal, ob *Affix.* mutato ו in *br.* R. 98.

Verf. 16.

2889 מַטֵּה (omnem) *baculum* panis fregit. Targ. סְעַד מֵיכְלָא *fulcrum cibi.* A נָטָה *inclinavit*, Nom. masc. Hemanth. eliso נ, R. 164. n. 4. מַטֶּה *baculus*, quo quis nititur, *scipio*, In Regim mutato (·.·) in (..) R. 122.

Verf. 17.

2890 נִמְכַּר *venditus est.* A מָכַר *tradidit*, *vendidit*, Præt. Niph.

Verf. 18.

2891 בַּכֶּבֶל (afflixerunt) *in compede.* Targ. בְּשׁוּשַׁלְתָּא *in catena.* Nom. radicale כֶּבֶל *compes, catena*, excluso ה Emphat. In pl. constructo בְּכַבְלֵי *compedibus ferri*, Pſ. 149. 8. i. e. ferreis.

2892 רַגְלָיו Juxta vocales est רַגְלוֹ *pedem ejus*, cum י redundante; juxta consonantes est רַגְלָיו *pedes ejus*: Et sic verſ. 28. דְּבָרָיו *verbum ejus*, vel, *verba ejus.*

Verf. 20.

2893 וַיַּתִּירֵהוּ *& expedivit eum*, LXX. καὶ ἔλυσεν αὐτὸν *& solvit eum.* A נָתַר *saliit, subsiliit*; in Hiph. R. 69. הִתִּיר *exsilire fecit*, Fut. Hiph. cum *Affixo*, & ו Converſ.

2894 וַיְפַתְּחֵהוּ *& solvit eum*, LXX. *& dimisit eum.* A פָּתַח *aperuit*, *solvit*, Fut. Pih. cum Affixo.

Verf. 22.

2895 לֶאְסֹר *Ad ligandum* principes בְּנַפְשׁוֹ in anima sua. LXX. τοῦ παιδεῦσαι *ut erudiret principes. sicut semetipsum*, legerunt à יָסַר *erudiit*, & בְּנַפְשׁוֹ, acceperunt cum כ similitud. & Affix. ו, Infin. Kal, cum (·.·:) &c. R 13.

2896 וּזְקֵנָיו *& senes ejus*, A זָקֵן *senuit*, fit זָקֵן *senex*, ætate, sapientiâ & dignitate. In pl. servato (..) R. 117. זְקֵנִים *senes.*

Cum Præfix. מִזְּקֵנִים *præ ſenioribus*, Pſal. 119. 100. Cum Affix. וּזְקֵנָיו *& ſeniores ſeus*.

2897 יְחַכֵּם *ſapientes reddet*. Ab חָכַם, *ſapiens, doctus, aſtutus, fuit*, Fut. Pih. in ſecunda perſ. cum Affix. תְּחַכְּמֵנִי *ſapientiorem reddes me*, Pſ. 119. 98. in tertia יְחַכֵּם *peritum reddet*.

Verſ. 24.

2898 וַיֶּפֶר *Et fructificare fecit*. Targ. וְאַפִּישׁ *& auxit* populum ſuum. A פָּרָה *fructificavit*, Fut. Hiph. per apocopen, R. 67. n. 4. pro יַפְרֶה.

2899 וַיַּעֲצִמֵהוּ *& potentem effecit eum*. A עָצַם *fortis, robuſtus fuit*, Hiph. הֶעֱצִים *roboravit, potentem, robuſtum effecit*, Fut. Hiph. cum Affix. & ו Converſ. deficiente (י) pro וַיַּעֲצִימֵהוּ.

Verſ. 25.

2900 לְהִתְנַכֵּל *ad doloſè agendum*, vel, *ad doloſos ſe reddendos*. Tar. לְחַשְׁבָא בִּישָׁן *ad cogitandum mala*. A נָכַל *doloſè, callidè egit*: in Hithp. הִתְנַכֵּל *doloſum, fraudulentum ſe reddidit*. Geruud. Hithp.

Verſ. 28.

2901 וַיַּחְשִׁךְ *& obtenebrare fecit*, obſcuravit. Ab חָשַׁךְ *obſcurus fuit*, in Hiph. הֶחְשִׁיךְ *obſcuravit, obtenebravit*. Fut. Hiph. cum ו Converſ. deficiente (י) pro וַיַּחְשִׁיךְ.

וְלֹא מָרוּ אֶת־דְּבָרוֹ ¶ *& non rebelles fuerunt verbo ejus*, ſcil. Moſes & Aharon, ex verſ. 26. LXX. ὅτι παρεπίκρανα τοὺς λόγους, *quia exacerbaverunt ſermonem ejus*, acceperunt de Ægyptiis. Eſt ſic vetus translatio Anglicana: And they were not obedient unto his Word.

Verſ. 29.

2902 וַיָּמֶת *& morte affecit*. A מוּת *mori*, Fut. Hiph. ejecto ו, R. 58. יָמֵת, at ו Converſiv. mutat (..) in (.·.) R. 126.

Verſ. 30.

2903 שָׁרַץ *Scaturivit* terra

terra eorum ranis. Ipsum thema שָׁרַץ *scaturivit*, propriè dicitur de aqua : hinc *copiosè produxit*, genuit, ut pisces.

2904 בְּחַדְרֵי *in penetralibus* regum. Nom. radicale חֶדֶר *penetrale, cubiculum, conclave*, plur. חֲדָרִים. in Regim. חַדְרֵי, suprà Num. 98.

Verſ. 31.

2905 כִּנִּים *pediculi*. Ab inusitato כֵּן, fit plur. כִּנִּים. 4. legitur in SS.

Verſ. 33.

2906 וּתְאֵנָתָם *& ficum eorum* Nom. radicale fœmin. תְּאֵנָה *ficus*, arbor & fructus : hoc tamen discrimine, quòd in singul. semper dicitur de arbore, in plur. æquè de utroque.

Verſ. 34.

2907 וְיֶלֶק *& bruchus*. A לָקַק *lambit*, Nom. m. יֶלֶק genus locustæ, instar crabronis; sed minoris quantitatis, alatum, omnia vastans.

Verſ. 37.

2908 כּוֹשֵׁל (& non erat in tribubus eorum) *impingens*. LXX. *infirmus*. A כָּשַׁל *impegit, pede offendit*, Ben. Kal.

Verſ. 39.

2909 פָּרַשׂ *Expandit* nubem. Ipsa radix : פָּרַשׂ *supernè expandit*, *expandendo operuit*. In plur. פָּרְשׂוּ *extenderunt*, Ps. 140. 6.

2910 לְמָסָךְ *in operimentum*. LXX. εἰς σκέπην *in protectionem*. A סָכַךְ *texit*, *operuit*, Nom. Heemanth. מָסָךְ *velum*, *tegumentum*, *aulæum*.

2911 לְהָאִיר *ad illuminandum*. Ab הָאִיר. suprà Num. 605. Gerund. Hiphil.

Verſ. 40.

2912 שְׂלָו (& adduxit) *coturnicem*. Tar. פַּסְיוֹנִין *phasianos*. Ab inusitato שָׁלָה, fit שְׂלָו *coturnix*, avis terrestris magis, quàm sublimis : q. per שׂ dextrum, à שָׁלָה *pacificum*

esse, otio abundare, quòd, in abundantia frumenti, otiosa & secura desideat, pinguedine ingrandescens.

Vers. 45.

2913 בַּעֲבוּר *ut* custodiant. A עָבַר *transivit*, fit עֲבוּר, & constructum cum בּ, בַּעֲבוּר *propter, propterea, ut*, quòd notet transitum à causa ad effectum, vel contrà.

Psalmus 106. קו.

Vers. 2.

2914 יְמַלֵּל (Quis) *eloquetur* potentias Domini? Targ. יְכֻל לְמַלָּלָא *poterit loqui?* A מִלֵּל *dixit, locutus est*, Fut. Pih.

Vers. 5.

2915 לִשְׂמוֹחַ *ad lætandum*. Gerund. Kal, à שָׂמַח *lætatus est*.

2916 לְהִתְהַלֵּל *ad gloriandum*, Gerund. Hithp. ab הָלַל *laudavit*.

Vers. 6.

2917 הֶעֱוִינוּ *iniquè egimus*. A עָוָה *curvus, obliquus, perversus, iniquus fuit*, Præt. Hiph. הֶעֱוָה *curvavit, pervertit, depravavit, iniquè egit*: in prima pers. Plur. mutato ה in (י) R. 66.

2918 הִרְשַׁעְנוּ *injustè egimus*. A רָשַׁע *improbus fuit*, Præt. Hiph. הִרְשִׁיעַ *injustè egit, operatus est*; sæpiùs est forense, *injustum pronunciavit, condemnavit*. Prima pers. pl. cum (ָ) ob pausam.

Vers. 7.

2919 בְּיַם־סוּף *ad mare caricis*, LXX. ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ *in rubro mari*. A סוּף *deficere, consumi*, Nom. masc. sine plur. סוּף *juncus, alga, carex*, quòd crescat in extremitate fluminis, aut maris. Inde יַם־סוּף *mare junci*, sive juncosum: dicitur & *mare rubrum*, à colore fundi. At Benjamin in Itinerario ait, dici יַם־סוּף *mare finis*, quòd sit הַיָּם הָאַחֲרוֹן *mare ultimum* terræ sanctæ. Porrò

Porrò יַם *mare*, in Regim. semper retinet (ָ) præterquàm sequente סוּף.

Vers. 9.

2920 וַיִּגְעַר *Et increpavit*. Fut. Kal, cum ו Conversiv. à גָּעַר, suprà Num. 423.

2921 וַיֶּחֱרָב *& exsiccatum est.* Ab חָרֵב *siccatus, exsiccatus fuit*, Fut. Kal, cum ו Converſ. & (ָ) ob pauſam.

2922 וַיּוֹלִיכֵם *& fecit ire eos*, deduxit. A יָלַךְ *ivit*, in Hiph. mutato (י) in ו, R. 57. הוֹלִיךְ *ire fecit*. Fut. Hiph. cum Affix. יוֹלִיכֵם *faciet, ut abeant illi*, Pſal. 135. 5. & h. l. cum ו Converſiv.

Vers. 11.

2923 נוֹתָר (unus ex eis non) *relictus fuit*: (pro quo Exod. 14. habetur נִשְׁאַר.) A יָתַר *ſuperfuit*, Præt. Niph. mutato (י) in ו, R. 57. נוֹתַר *reliquus manſit*, eſt cum (ָ) ob pauſam.

Vers. 12.

2924 וַיַּאֲמִינוּ *Et crediderunt*. Ab הֶאֱמִין, ſuprà Num. 1156. Fut. Hiph. cum ו Converſ.

Vers. 13.

2925 מִהֲרוּ *Feſtinârunt*, Præt. Plur. Pih. abſorpto dagesh, à מִהֵר *feſtinavit, acceleravit*: quod, alteri Verbo junctum, adverbiaſcit, R. 41. n. 2. *Feſtinârunt obliti ſunt*, i. e. citò obliti ſunt.

Vers. 15.

2926 שְׁאֵלָתָם (Et dedit ipſis) *petitionem ipſorum*. A שָׁאַל *petiit*, Nom. F. שְׁאֵלָה *petitio*. Ob Affix. ה tranſit in ת & (..) in (:) ſub gutturali in compoſitum (ֲ) quod punctat præcedentem.

2927 רָזוֹן (& miſit) *maciem* in animas ipſorum. LXX. πλησμονὴν *ſaturitatem*. A רָזָה *emaciavit*, Nom. Heemanth. רָזוֹן *macies*.

Vers. 17.

2928 דָּתָן (& deglutivit)

Dathan. A דָּת *lex,jus,mandatum*,Nom.propr. דָּתָן. collegæ Coræ,Num.16.1.

2929 אֲבִירָם Nom. proprium fratris Dathan. compofit.ex אָב *pater*, & רָם *excelsus* pater excelfi.

Verſ. 19.

2930 בְּחוֹרֵב (Fecerunt vitulum) *in Choreb.* Ab חָרַב *aruit*, nomen montis חוֹרֵב *ab ariditate*, idem, qui Sinai,ubi lex fuit promulgata; éftque in ditione gentis Amalek fitus, 1. Reg.19.8.

2931 לְמַסֵּכָה (& incurvârunt fe) *fuſili.* A נָסַךְ *fudit*, Nom.Heemanth. fœm. ejecto נ,R.164.n.4. מַסֵּכָה *fuſile*, ænea ftatua.

Verſ. 20.

2932 בְּתַבְנִית (Et mutârunt gloriam ejus) *in ſimilitudinem* bovis. A בָּנָה *ædificavit* : quacunque operâ *fabrificavit*, Nom.fœm.Heemanth. תַּבְנִית *ſimilitudo.figura,typus, exemplar,ſtructura*, Pſ. 144.12.

Verſ. 23.

2933 לְהַשְׁמִידָם *ad abolendos eos.* A שָׁמַד *perdidit, abolevit*, Gerund. Hiph. cum Affixo.

2934 בַּפֶּרֶץ (nifi Mofes, electus ejus,fteti ſſet) *in ipſa ruptura*,quam precibus fuis fepivit. A פָּרַץ *rupit, perrupit*, N. mafc. פֶּרֶץ *ruptura*,Pf.144.14. *Non eſt* פֶּרֶץ *ruptura* , *neque egrediens* orbitas,neque abortus, exclufo ה Emphat. בַּפֶּרֶץ.

2935 מֵהַשְׁחִית *à perdendo*, i. e.ne perderet eos. A שָׁחַת *perdidit,corrupit*, Infinit. Hiph.cum Præfixo מ,quod negationem includit,R. 41.

Verſ. 24.

2936 חֶמְדָּה (Et fpreverunt in terram,i.e. terram) *defiderii*. Ab חָמַד *deſideravit*, Nom.fœm. חֶמְדָּה *deſiderium, res deſiderabilis* & pretiofa.

Verſ. 25.

2937 וַיֵּרָגְנוּ *Et murmurârunt.* A רָגַן *murmuravit* ,

Fut.

Fut. Niph. cum Converſ. & (..) pro *chir.* ſub (י) ob excluſum dageſh.

Verſ. 27.

2938 וּלְזָרוֹתָם *& ad diſpergendum eos.* A זָרָה *ſparſit, diſperſit,* Gerund. Pih. R, 65. cum(ּ) ſub ר, ob excluſum dageſh, R. 19.

Verſ. 28.

2939 וַיִּצָּמְדוּ *Et copulati ſunt.* A צָמַד, in Niph. נִצְמַד *ligatus, alligatus, conjunctus, copulatus, fuit,* Fut. Niph. cum ו Converſ.

2940 לְבַעַל פְּעוֹר *ipſi Baal Peor.* LXX. ע per γ efferunt Βεελφεγώρ. בַּעַל *Dominus,* cui ſervitur. It. *maritus*: hinc בַּעַל פְּעוֹר idolum Moabitarum, à monte פְּעוֹר, ubi בֵּית פְּעוֹר *domus* (templum) *Peor* fuit, & cultus. *Num,* 23. 28. *Et accepit Balak Bileam in verticem* הַפְּעוֹר Deut. 34. 6. *Et ſepelivit eum in valle, in terra Moab, è regione* בֵּית פְּעוֹר; Vel, à פָּעַר *aperuit, diſtendit,* quòd eſſet Deus turpitudinis & libidinis, quæ in Lingua Hebr. *nuditatis* nomine ſignificatur: unde, non multùm voce detortâ πρίαπος, hortorum Deus, cujus cultus in comeſſationibus, laſcivia, & effreni libidine verſabatur.

Verſ. 29.

2941 וַתִּפְרָץ־ *& irrupit in eos.* A פָּרַץ *rupit, irrupit, diſrupit,* Fut. Kal, cum ו Converſ. & cum ּ *br.* ob Maccaph. R. 137.

2942 מַגֵּפָה *plaga.* A נָגַף *plagâ affecit,* Nom. Fœm. Heemanth. excluſo נ, R. 164. n. 4. מַגֵּפָה *plaga, percuſſio lethalis,* Cum ה Emphat. הַמַּגֵּפָה *illa plaga,* verſ. 30.

Verſ. 30.

2943 פִּינְחָס (Et ſtetit) *Pinehas*; fuit nepos Aharon.

2944 וַיְפַלֵּל *& ſupplex oravit,* LXX. καὶ ἐξιλάσατο *& placavit.* A פָּלַל, ſuprà Num. 178. Fut. Pih. cum ו Converſ. excluſo dageſh. in (י) R. 20.

2945 וַתֵּעָצַר *& coërcita fuit* illa plaga. A עָצַר *clauſit,*

 cohi-

cohibuit, coërcuit, Futur. Niph. cum (..) sub ת pro *chir.* ob exclusum dagesh, R.19.

Verſ. 31.

2946 וַתֵּחָשֶׁב *Et reputatum eſt* ei. Ab חָשַׁב *cogitavit, putavit, reputavit, imputavit.* tertia perſ. fœm. Fut. Niph. (quæ poſita abſolutè, imperſonaliter redditur, R. 43.n.2.) cum (..) ſub ת, ob excluſum dagesh. R.19. & cum ו Converſ. ob quod eſt (·.·) R. 126. pro וַתֵּחָשֵׁב.

Verſ. 32.

2947 וַיַּקְצִיפוּ *Et effervescere fecerunt eum.* A קָצַף *efferbuit, vehementer iratus fuit*, irati enim q. ebulliunt, Fut. Hiph.

2948 וַיֵּרַע *Et malè fuit* Moſi. LXX. *& afflictus eſt Moſes.* A יָרַע *malus fuit*, vel *viſus eſt, diſplicuit*, Fut. Kal, occultato (י) radicali in (..) R.55.

Verſ. 33.

2949 הִמְרוּ (Quia) *exacerbaverunt.* A מָרָה, ſuprà Num. 271. Præt. plur. Hiph. eliſo ה, R.66.

2950 וַיְבַטֵּא *Et pronunciavit.* A בָּטָא *protulit, pronunciavit*, os pronunciando aperuit, legitur h.l. tantùm in Fut. Pih. & Lev. 5. 4. in Infinitivo.

Verſ. 34.

2951 הִשְׁמִידוּ (non) *aboleverunt*, A שָׁמַד *perdere, abolere*, Præt. Hiph.

Verſ. 35.

2952 וַיִּתְעָרְבוּ *Et commiſcuerunt ſeſe.* A עָרַב *miſcuit*, Fut. Hithp. cum (ˉ) ob excluſum dagesh.

2953 וַיִּלְמְדוּ *& didicerunt.* A לָמַד *didicit*, Fut. Kal אֶלְמַד *diſcam*, Pſalm. 119. 71. cum ה paragog. וְאֶלְמְדָה *& diſcam*, Ibid. verſ. 73. In pl. cum ו Converſ. וַיִּלְמְדוּ.

Verſ. 36.

2954 עֲצַבֵּיהֶם (Et coluerunt)

erunt) *idola eorum*. A עָצַב *doluit*, plur. masc. עֲצַבִּים *idola*, quòd Deum irritent, doleréq; faciant; vel, quòd dolorem potiùs & terrorem afferant conscientiis, quàm levamen. In Regim. עֲצַבֵּי *idola gentium*, Psal. 135.15. לַעֲצַבֵּי *idolis Canaan*, infrà vers. 38. Cum Affix. עֲצַבֵּיהֶם *idola eorum*, Psalm. 115.4.

Vers. 37.

2955 לַשֵּׁדִים *dæmonibus illis*. A שׁוּד, vel שָׁדַד, *vastari*, fit שֵׁד *dæmon*, plur. שֵׁדִים *dæmones*, quòd vastent mundum, vel, quòd inhabitent loca vasta. Legitur Deut. 32.17. & h.l. excluso ה Emphat.

Vers. 38.

¶ זִבְּחוּ *Sacrificaverunt* sculptilibus Canaan. A זָבַח, suprà Num. 197. Præt. Pihel.

¶ וַתֶּחֱנַף *& contaminata fuit* terra. Ab חָנַף *simulavit*, suprà Num. 1392. de inanimatis *pollutus, contaminatus, profanus fuit*, Fut. Kal.

Vers. 39.

¶ וַיִּטְמְאוּ *Et polluti fuerunt*. A טָמֵא, suprà Num. 2503. Fut. Kal.

¶ וַיִּזְנוּ *& scortati sunt*. A זָנָה, suprà Num. 2318. Fut. Kal. R. 66.

Vers. 40.

¶ וַיִּחַר *Et accensus fuit* scil. irâ. Ab חָרָה, suprà Num. 758. Futur. Kal, integrè esset יֶחֱרֶה, per apocopen וַיִּחַר, R. 67. n. 2. & pro (:) ponitur (-) R. 110.

Vers. 42.

2956 וַיִּכָּנְעוּ *& humiliati sunt*. A כָּנַע *depressit, humiliavit*, Fut. Plur. Niph. cum ו Convers.

Vers. 43.

¶ פְּעָמִים רַבּוֹת *Vicibus multis*, LXX. πλεονάκις *sæpe*. פַּעַם *Vice*, plur. פְּעָמִים, suprà Num. 696.

2957 וַיָּמֹכּוּ *& depressi sunt* in (propter) iniquitate sua.

ſua. A מָכַךְ *depreſſus, attenuatus fuit*, de tenuiori fortuna dicitur, Fut, Kal, ſyncopatâ mediâ radicali, *R*.70.

Verſ. 44.

¶ וַיַּרְא *Et vidit.* A רָאָה *vidit*, Fut. apocopatum Kal, cum (-) ſub (י) quaſi eſſet ex Hiph. R. 69. Num. 1.

¶ בְּשָׁמְעוֹ *in exaudiendo eum*, i. e. cùm exaudiret. Gerund. Kal, à שָׁמַע *audivit*, cum Affix. ut ſuprà Num. 124.

Verſ. 45.

¶ וַיִּנָּחֵם *& pœnituit eum.* A נָחַם, ſuprà Num. 1067. *condoluit*, &, quia dolor eſt paſſio, ideò uſurpatur in Niphal, Fut. יִנָּחֵם *pœnitebit*, Pſalm. 110. 4. וַיִּנָּחֵם, cum ו Converſ.

Verſ. 46.

2958 שׁוֹבֵיהֶם (in conſpectu omnium) *captivos detinentium eos.* A שָׁבָה *captivavit, captivum duxit, detinuit*, Ben. Kal שׁוֹבֶה, plur. שׁוֹבִים R. 103. cum Affix. שׁוֹבֵיהֶם *abductores eorum*, שׁוֹבֵינוּ *abductores noſtri*, Pſal. 137. 3.

Verſ. 47.

2959 וְקַבְּצֵנוּ *& congrega nos.* A קָבַץ *diſperſa collegit, congregavit*, Præt. Pihel, cum Affix. קִבְּצָם *congregavit eos*, Pſal. 107. 3. & Imper. h. l. קַבְּצֵנוּ.

2960 לְהִשְׁתַּבֵּחַ *ad gloriandum*, i. e. ut nosmet gloriemur. A שָׁבַח, ſuprà Num. 2039. Gerund, Hithp. per Metatheſin שׁ & ת, R. 47. pro לְהִתְשַׁבֵּחַ.

ספר חמישי
LIBER QUINTUS.

Psalmus 107. קז.

Verſ. 2.

2961 גְּאוּלֵי *redempti* Jehovæ. A גָּאַל, ſuprà Num. 934. Pahul Kal גָּאוּל *redemptus*, pl. in Regim.

Verſ. 5.

2962 רְעֵבִים Famelici. A רָעַב *eſurivit*, רָעֵב *famelicus*. plur. רְעֵבִים, & לִרְעֵבִים, *ipſis famelicis*, excluſo ה Emphat. In fœm. רְעֵבָה *famelicam animam*. verſ. 9.

2963 צְמֵאִים *ſitibundi*. A צָמֵא *ſitivit*, fit Nom. צָמֵא *ſitiens*, plur. צְמֵאִים *ſitientes*.

Verſ. 9.

2964 שׁוֹקֵקָה (animam) *appetentem*. A שָׁקַק *cucurrit*, *diſcurrit*, jugiter ambulavit. Ben. Kal שׁוֹקֵק, in F. שֹׁקְקָה, & in pauſa שׁוֹקֵקָה, *diſcurrens*, i.e. appetens.

Verſ. 11.

2965 נָאֲצוּ *ſpreverunt*. A נָאַץ *ſprevit*, *contempſit*, *averſatus eſt*, Præt. plur. Kal, נָאֲצוּ *averſati ſunt*, cum (־ָ) ſub א, ob pauſam.

Verſ. 16.

2966 נְחֹשֶׁת (januas) *æris*, i.e. æreas, Nom. F. נְחֹשֶׁת *æs, cuprum, chalybs*.

2967 וּבְרִיחֵי *& vectes*. A בָּרַח *fugit*, בְּרִיחַ *vectis*, quia celerrimè hinc inde trajicitur, plur. בְּרִיחִים, in Reg. בְּרִיחֵי *vectes repagula*, Pſal. 147. 13. וּבְרִיחֵי *& repagula ferri*.

Verſ 17.

Verſ.17.

2968 אֱוִלִים *Stulti.* A ſing. אֱוִיל *ſtultus, ſtolidus*, pl. אֱוִילִים.

2969 יִתְעַנּוּ *affliguntur.* A עָנָה *afflixit*, Fut. pl. Hithp. excluſo ה, R.66. pro יִתְעַנְּהוּ.

Verſ.20.

2970 מִשְּׁחִיתוֹתָם *ex retibus ipſorum*, i. e. ex reliquiis morbi, A שָׁחַת *corrupit*, plur. fœm. שְׁחִיתוֹת *retia*, quibus perduntur homines. Alii, *ex foveis ipſorum*.

Verſ.26.

2971 תִּתְמוֹגָג *diſſolvit ſe.* A מוּג *liqueſieri, diſſolvi.* tertia perſ. fœm. Fut. Hithp. quieſcente ſecundâ ו in ו, & geminatâ tertiâ, R. 63. cum (ָ) ob pauſam.

Verſ.27.

2972 יָחוֹגּוּ *Circumagentur.* Ab חָגַג *circumgyravit, ſubſiliit, tripudiavit*, Fut. plur. Kal יָחוֹגּוּ, per ſyncopen, R.70.

2973 וְיָנוּעוּ *& movebuntur.* A נוּעַ *motus, vagatus eſt*, Fut. plur. Kal, cum Infin. וְנוֹעַ יָנוּעוּ *& vagando vagabuntur*, Pſal. 109. 10. וְיָנוּעוּ *& movebunt ſe.*

2974 כַּשִּׁכּוֹר *ſicut ebrius ipſe.* A שָׁכַר *largiùs bibit, inebriatus eſt*, שִׁכּוֹר *ebrius*, excluſo ה Emphat.

2975 תִּתְבַּלָּע (& omnis ſapientia eorum) *ſemetipſam abſorpſit.* A בָּלַע *abſorbuit, deglutivit*, Fut. Hithp. cum (ָ) pro (-) ob pauſam.

Verſ.29.

2976 לִדְמָמָה *in ſilentium.* A דָּמַם *ſiluit*, Nom. F. דְּמָמָה *ſilentium, quies*, cum Præfix. ל.

Verſ.30.

2977 יִשְׁתֹּקוּ *tranquilli fuerunt.* A שָׁתַק *quievit, tranquillus fuit*, Fut. Pl. Kal. cum ו loco (ֹ) ob pauſam.

2978 מְחוֹז (ad) *portum voluntatis.* (deſiderii) eorum. Nom.

Nom. radicale מָחוֹז *portus, terminus*. Aliis מ est Heemanth.

Vers. 33.

2979 לְצִמָּאוֹן *in siticulosum locum*. A צָמָא *sitivit*, Nom. Heemanth. צִמָּאוֹן *locus aridus & siticulosus*.

Vers. 35.

2980 לַאֲגַם *in stagnum aquarum*. Nom. radicale אֲגַם *stagnum, lacus, lacuna*, Psalm 114.8.

Vers. 36.

2981 וַיּוֹשֶׁב *Et habitare fecit*. A יָשַׁב *sedit, habitavit*, Fut. Hiph. mutato (י) in ו, R. 57, cum (·.·) in ultima pro (..) ob retractum accentum, R. 226. pro וַיּוֹשֵׁב.

Vers. 37.

2982 וַיִּזְרְעוּ *Et conseverunt*. A זָרַע *seminavit, sevit*, Fut. pl. Kal, cum ו Convers.

2983 כְּרָמִים *vineas*. Nom. radicale כֶּרֶם *vinea*, in Plur. כְּרָמִים.

2984 תְּבוּאָה (fructum) *proventus*. A בּוֹא *venire*, Nom. Heemanth. fœm. תְּבוּאָה *proventus, reditus*, propriè venturus Fructus agri, vel vineæ, quem domum יָבִיאוּ *inferunt*, i. e. colligunt.

Vers. 38.

2985 יַמְעִיט *minuet*. A מָעַט *minutus, diminutus fuit*, Fut. Hiph.

Vers. 39.

2986 וַיִּמְעֲטוּ *Et diminuti sunt*. A מָעַט *paucus fuit*, Fut. plur. Kal, cum ו Convers. & (-:) ob guttural.

2987 מֵעֹצֶר *à coarctatione*. A עָצַר *clausit, conclusit, coërcuit, detinuit*, עֹצֶר *claustrum*, locus, ubi aliquis detinetur, *carcer*, omnis cohibitio, Cum Præfixo מֵעֹצֶר *è carcere*.

Vers. 40.

2988 שֹׁפֵךְ *Effundens*. A שָׁפַךְ

שָׁפַךְ *fudit, effudit, profudit*, Ben.Kal,

2989 וַיַּתְעֵם *& errare fecit eos*. A תָּעָה *erravit, aberravit, deviavit*, Fut. Hiph. cum ו Conversivo, ob Affixum, tollitur ה. R. 103. ex יַתְעֶה

2990 בְּתֹהוּ *in solitudine* absque via. A Chald. תְּהַהּ *stupuit, obstupuit*, fit תֹּהוּ *solitudo, desolatio stupenda & admiranda; Vacuitas, inane, inanitas.*

Vers.43.

2991 וְיִתְבּוֹנְנוּ *& intelligent*. A בִּין *intelligere*, Fut. Hithpah. suprà Num. 1440. אֶתְבּוֹנָן *perpendam*, Psalm. 119. 95. cum (ָ) ob pausam. It. *prudens fiam*, Psal. 119. 104. In tertia plur. וְיִתְבּוֹנְנוּ *& intelligere conabuntur*, studebunt.

PSALMUS 108. קח.

Quædam voces hujus Psalmi extant Psalm. 57. & quædam Ps. 60.

PSALMUS 109. קט.

Vers. 3.

2992 וַיִּלָּחֲמוּנִי *& oppugnant me*. A לָחַם *vesci, pugnare*, Fut. pl. Niph. cum Affixo.

Vers.4.

2993 אַהֲבָתִי (Pro) *dilectione mea*. Ab אָהַב *dilexit*, Nom. fœm. אַהֲבָה *amor, dilectio*. Cum Affix. mutato ה in ת אַהֲבָתִי *amor meus*, vers. 5.

Vers.6.

2994 הַפְקֵד *Præfice*. A פָּקַד *visitabit*, in bonum, vel malum, suprà Num. 685. Imp. Hiph. הַפְקֵד *visitare fac, præpone.*

2995 וְשָׂטָן *& adversarius*. LXX. καὶ διάβολος. A שָׂטַן *adversatus est*, fit שָׂטָן *Satan, osor, inimicus, adversarius*, quod nomen & homini & diabolo tribuitur.

Vers.8.

Verſ. 8.

2996 פְּקֻדָּתוֹ *Præfecturam ejus.* A פָּקַד, ſuprà Num. 2994. Nom.fœm. פְּקֻדָּה *viſitatio, inſpectio, officium, præfectura*, cum dagesh euphonico, R.18. Cum Affix. פְּקֻדָּתוֹ *viſitationem*, ſcil. *repoſitum ejus*, Targ. *numerum annorum ejus* LXX. ϗ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτȣ̃.

Verſ. 10.

2997 וְשִׁאֲלוּ *& petant*, id eſt, mendicent. A שָׁאַל, in Pih. שִׁאֵל *petiit, interrogavit, poſtulavit.* Præt.pl.Pih. וְשִׁאֲלוּ *& poſtulant*, cum (..) in pauſa, pro שִׁאֲלוּ, abſorpto dagesh.

Verſ. 11.

2998 נוֹשֶׁה *fœnerator.* A נָשָׁה *Mutuò dedit, fœneravit, exegit*, Ben.Kal נוֹשֶׁה *mutuans, creditor, debiti exactor.*

2999 וִיבֹזּוּ *& diripiant.* A בָּזַז *diripuit, prædatus fuit*, Futur. Kal, Per Syncopen. R. 70.

Verſ. 12.

3000 מֹשֵׁךְ *protrahens.* A מָשַׁךְ *traxit, protraxit*, Ben. Kal.

Verſ. 16.

3001 יַעַן *Propterea.* יַעַן *propter, eò quód.* Eſt cauſale. Poteſt referri ad עָנָה *reſpondit*, q. reſponſionem & redditionem cauſæ diceres.

3002 וְנִכְאֵה *Et affectum dolore* cordis. A כָּאָה *turbavit, perturbavit, ægritudine affecit*, Part. Niph. cum (..) loco (.·.) R.65. In Regim R.122.

3003 לְמוֹתֵת *ad interficiendum.* A מוּת *mori*, Gerund. Pihel, geminatâ poſtremâ, ac quieſc. ſecundâ in ו, R.63.

Verſ. 17.

3004 קְלָלָה (Et dilexit) *maledictionem.* A קָלַל *vilipendit*, Nom. fœm. קְלָלָה *vilipenſio, maledictio*, q. honoris & bonorum levificatio.

Verſ. 18.

3005 כְּמַדּוֹ *tanquam veſtem*

stem. A מָדַד *mensus est*, מַדּוֹ *vestis, indusium*, q. commensuratum corpori, cum ו paragogico, R. 102. n. 3.

Vers. 19.

3006 וּלְמֵזַח & *robori* (robore) accingat eam, ut scil. fortior sit accincta. Nom. radicale מֵזַח *fortitudo, vis, robur*. Aliis *cingulum*, quo lumbi firmantur. Legitur bis, h. l. & Esa. 23. 10.

Vers. 23.

3007 בִּנְטוֹתוֹ *in declinando illam*, i. e. cùm declinat illa (umbra.) A נָטָה *inclinavit, acclinavit*, Gerund. Kal, exit in וֹת, R. 65.

3008 נֶהֱלָכְתִּי *ablatus sum.* Ab הָלַךְ *abiit*, Præterit. Hiph. נֶהֱלַכְתִּי, vel נֶהֱלָכְתִּי, *abii*, i. e. *perii*. Targ. *consumptus sum*, evanui celeriter, interii, cum (*) ob pausam.

3009 נִנְעַרְתִּי *excussus sum*. A נָעַר de loco in locum *movit, agitavit, excussit*. Prima pers. Præt. Niph. נִנְעַרְתִּי. Targ. *agitatus sum*, ex uno loco in alium, instar locustæ, quæ non habet nidum.

Vers. 24.

3010 בִּרְכַּי *genua mea*. A בָּרַךְ *geniculatus est*, בֶּרֶךְ *poples genu*, quòd flectitur Duale בִּרְכַּיִם *genua*. Cum Affix. בִּרְכַּי.

3011 כָּחַשׁ *emarcuit*. Ipsa radix כָּחַשׁ *mentitus fuit*, per Metaph. *Marcuit, emarcuit*: nam, quæ marcescunt, quodammodo mentiuntur priori corporis habitui.

Vers. 29.

3012 כַּמְעִיל *sicut pallium*. A מָעַל *prævaricari*, מְעִיל *pallium, vestis summa*, à prævaricatione scil. vel q. מֵעַל *desuper*, cum כ similitud. excluso ה emphatico.

PSALMUS 110. קי.

3013 שֵׁב *sede*. A יָשַׁב *sedit*, Imper. Kal, abjecto (י) R. 54.

Verſ. 2.

3014 רְדֵה *dominare.* A רָדָה *ſubegit, dominatus eſt,* Imper. Kal, R. 65.

Verſ. 3.

3015 מִשְׁחָר *auroræ.* A שָׁחַר *quæſivit*, Nom. Heemanth. מִשְׁחָר *aurora.* Legitur h. l. tantùm. *A matrice auroræ,* (i.e. ex utero tenebroſo) *tibi ros pueritiæ tuæ,* i.e. quando conceptus es in matrice, loco, nullâ luce referto, tibi nihilominus affuit ros, i.e. gratia divina.

3016 טַל *ros.* A טָלַל *operuit, texit,* טַל *ros,* terram operiens & humectans. כְּטַל *ſicut ros.* Pſal. 133. 3.

3017 יַלְדֻתֶךָ *pueritiæ tuæ.* A יָלַד *genuit,* Nom. F. יַלְדוּת *pueritia.* Cum Affixo, (:) pro ְ.

¶ Senſus hujus loci hic eſſe apparet: עַמְּךָ נְדָבֹת *Populus tuus* (erit) *ſpontaneitatum,* (ſummè ſpontaneus) vel adjectivè, *ſpontanearum* (oblationum,) *in die exercitûs tui,* (illo tempore, quo exercitum tuum Evangelii præcones, in Orbem terrarum emittes,) *in ornatibus ſanctitatis*: (vitæ ſanctitate:) מֵרֶחֶם מִשְׁחָר *Ex utero auroræ tibi ros nativitatis tuæ,* vel concretè *natorum tuorum*: i, e. electi tui ex prædicatione Evangelii maximo numero tibi naſcentur, tanquam ros, qui ex aurora, id eſt, aëre matutino, velut ex utero, ſubitò producitur, & in guttas innumeras diſpergitur. LXX. longè hîc ab origine: μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ *Tecum principatus,* q. עִמְּךָ נָדִיב *in die virtutis tuæ;* *in ſplendoribus, ſanctorum ex utero,* πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε *ante luciferum genui te*: legerunt מִשַּׁחַר יְלִדְתִּיךָ, omiſsâ voce טַל.

Verſ. 4.

3018 דִּבְרָתִי (juxta) *ordinem.* A דָּבַר *locutus eſt,* It. *ordinavit,* Nom. fœm. דִּבְרָה *ordo,* cum (ִי) parag. R. 102, n. 4. mutato ה in ת, R. 104. Vel, *ſuper eloquio meo, ô Melchiſedek.*

3019 מַלְכִּי־צֶדֶק *Melchiſedek.* i.e. *rex juſtitiæ.*

¶ Hebræi uno ore affir-

mant, fuisse *Sem*, filium Noë, qui vidit utrumque mundum. Mercer. existimat, fuisse Regē Chanaanæorum, sed pium ac probum, vel in illa *Salem*, quæ postea dicta est Jebus, & tandem Jerusalem, cujus rex tempore Josuæ dicebatur אֲדֹנִי־צֶדֶק *Dominus justitiæ*, ut hic מַלְכִּי־צֶדֶק *rex justitiæ*. Vel in illa *Salem*, quæ erat in ditione Sichem, Gen. 33. de qua in Evangelio, legimus: *Erat Iohannes baptizans in Ænon juxta Salem*.

Vers. 6.

3020 גְּוִיּוֹת (implebit loca) *cadaveribus*. A גָּוָה (idem, quod גָּאָה) *elatum esse*, Nom. fœm. גְּוִיָּה *corpus*, tam mortuum, quàm vivum; sed sæpiùs *cadaver*, fortè à superbia, quòd cadaver erectum stet, ut solent superbi. Plaut. in Amphytr. *Faciam ego te hodie superbum, nisi hinc abis*, So. *Quónam modo*? M. *Si fustem sumpsero*. Plur גְּוִיּוֹת.

PSALMUS III. קיא.

Hic Psalmus est Alphabethicus, in quo binæ literæ Alphabethi occurrunt in unoquoque versu.

Vers. 2.

3021 דְּרוּשִׁים *quæsita* (opera.) *A* דָּרַשׁ *quæsivit*. Pahul pl. Kal דְּרוּשִׁים *quæsita*.

Vers. 8.

3022 סְמוּכִים *Fulti*. A סָמַךְ *sustentavit, fulcivit*. Pahul Kal סָמוּךְ *fultus*, Psalm. 112.8.

3023 עֲשׂוּיִם *facti*. A עָשָׂה *fecit*, Pahul Kal עָשׂוּי, mutato ה in (י) in pl. עֲשׂוּיִם, per Sync. alterius (י) R.65.

Vers. 9.

3024 פְּדוּת *Redemptionem*. A פָּדָה *redemit*. Nom. fœm. פְּדוּת *redemptio, liberatio*, Psal. 103.7.

Vers. 10.

3025 שֵׂכֶל *intelligentia*, vel *successus*. *A* שָׂכַל *intellexit, circumspexit*, שֵׂכֶל *intellectus, intelligentia, solertia*.

PSALMUS 112. קיב·

Hic Psalmus itidem est Alphabethicus, ut superior.

Vers. 2.

3026 יְבוֹרַךְ *benedicetur.* A בָּרַךְ *benedixit*, Fut. Pyhal יְבוֹרַךְ, Psalm 128. 4. In pausa cum (ָ)

Vers. 7.

3027 מִשְּׁמוּעָה *A rumore.* A שָׁמַע *audivit*, שְׁמוּעָה *auditus, rumor.* Cum Præfix.

3028 בָּטֻחַ *confisus.* A בָּטַח *fidit, confidit*, Pahul Kal, cum (ֻ) loco וּ.

Vers. 10.

3029 וְכָעָס *& indignabitur* præ magna invidia, Præt. Kal כָּעַס *indignatus fuit*, ægrè, tulit, cum ו Conversivo.

3030 יַחֲרוֹק *stridebit.* Ab חָרַק *frenduit*, dentibus *stridit.*

PSALMUS 113. קיג·

Vers. 5.

3031 הַמַּגְבִּיהִי *Qui exaltat* (habitaculum.) A גָּבַהּ *altus, elatus, excelsus fuit*, per Metonym. *superbivit.* Ps. 131. 1. Particip. Hiph. הַמַּגְבִּיהִי cum ה Relativo, R. 76. & (י) paragogico, R. 101. n. 4.

Vers. 6.

3032 הַמַּשְׁפִּילִי *Qui humiliat*, ad videndum (visum.) A שָׁפֵל *humilis, depressus fuit*, Partic. Hiph. מַשְׁפִּיל *humilians*, infimè *deprimens*, Ps. 147. 6. Cum ה Relativo & (י) paragogico.

Vers. 7.

3033 מְקִימִי *Erigens.* A קוּם *surgere, stare*, Part. Hiph. מֵקִים *surgere faciens*, i. e. *erigens*, cum (י) parag. mutato (ֵ) in (ְ)

3034 מֵאַשְׁפֹּת *è stercore.* Nom. fœm. formatum per ות, R. 27. אַשְׁפֹּת *fimus, stercus*,

sterquilinium. Cum Præfix. מֵאַשְׁפֹּת *è fimo.* Poteſt deduci à Chald. שְׁפָה *conterere, calcare,* quòd ſtercus ab omnibus conteratur & calcetur. Legitur ter in SS.

Verſ. 8.

3035 לְהוֹשִׁיבִי *Ad collocandum.* A יָשַׁב *ſedit,* Infinit. Hiph. mutato (י) in ו, R. 57. cum (י) parag. qui ſolus tantùm Infinitivus in tota SS. ocurrit cum (י) paragog.

Verſ. 9.

3036 עֲקֶרֶת *ſterilem.* A עָקַר *evulſit, eradicavit,* Nom. fœm. עֲקָרָה *ſterilis,* In Regim. עֲקֶרֶת:

Psalmus 114. קיד.

3037 לֹעֵז (de populo) Targ. בַּרְבְּרִי. LXX. ἐκ βαρβάρου *barbaro,* A לָעַז *peregrino & exotico ſermone loqui,* fit Nom. Participiale Kal לוֹעֵז *loquens, aliâ linguâ, quàm Hebræâ,* i. e. barbarus, extraneus, peregrinus, ex Chald. בַּר, vel בָּרָא, *extrà, forìs,* quicquid eſt extra urbem, *ager, ſylva, deſertum;* unde, geminatis literis, בַּרְבַּר *agreſtis, ſylveſtris,* Legitur h. l. tantùm in SS.

Verſ. 3.

3038 הַיַּרְדֵּן *ipſe Iordan.* Vide ſuprà Num. 1605.

Verſ. 4.

3039 רָקְדוּ *ſubſilierunt,* ut arietes laſcivientes. A רָקַד *ſaltit, ſubſilivit,* præ gaudio, ſive, nimia lætitia. In pl. רָקְדוּ. LXX. ἐσκίρτησαν *exultârunt,* Et verſ. 6, Futur. תִּרְקְדוּ *ſaltabitis.*

Verſ. 7.

3040 חוּלִי *dole, contremiſce.* Ab חוּל *dolere, cruciari,* Metaph. *tremere,* Imper. fœm. Kal חוּלִי *contremiſce.*

Verſ. 8.

3041 הַהֹפְכִי *Qui mutat.* Ab הָפַךְ *vertit, mutavit* ſubſtantiam, formam, locum.

Ben. Kal, cum הָ Relativo & (י) paragog.

3042 חַלָּמִישׁ *adamantinum, saxum.* Nom. quadrilit. חַלָּמִישׁ *silex, petra durissima;* aliis *Chalybs*, ferrum durissimum, omnia חוֹלֵשׁ *domans*: vel *magnes*, lapis siccitate quâdam refertus, at aquam ex eo elicere minimam, sit res mira, Legitur 5. in SS.

Psalmus 115. קטו.

Vers. 6.

3043 יְרִיחוּן (& non) *odorantur.* A רִיחַ, in Hiph. הֵרִיחַ *olfecit, odoratus est*, spirando & respirando. In Fut. יְרִיחוּן, cum ן parag. pro יָרִיחוּ, pro quo Psal. 135. 17. legitur אֵין יֶשׁ־רוּחַ בְּפִיהֶם *non est spiritus in ore eorum.*

Psalmus 116. קיו.

Vers. 2.

3044 הִטָּה *inclinavit.* A נָטָה *inclinavit*, Præt. Hiph. הִטָּה *inclinare fecit*, abjecto נ, pro הִנְטָה, R. 69.

Vers. 3.

3045 וּמְצָרֵי *& angustiæ inferni.* A צָרַר *anxit, cruciavit*, Nom. Heemanth. מֵצַר *angustia*, הַמֵּצַר *hæc angustia*, Psal. 118. 5. Plur. mutato (ֵ) in (ְ) מְצָרִים. In Regim. מְצָרֵי manente (ָ) sub צ, R. 114. pro מְצָרֵי.

Vers. 4.

3046 מַלְּטָה *libera.* Idem, quod פַּלְּטָה, Num. 719. literis מ & פ permutatis, R. 1.

Vers. 5.

3047 מְרַחֵם *miserans, misericors.* A רָחַם *intimè dilexit*, Particip. Pih.

Vers. 6.

3048 יְהוֹשִׁיעַ (& mihi) *opitulabitur.* A יָשַׁע *salvavit*, Fut. Hiph. יְהוֹשִׁיעַ, pro יוֹשִׁיעַ, ut suprà Num. 817. cum ה Characteristic. conjugat, R. 107.

Vers. 7.

3049 חִלַּצְתָּ *eripuisti.* Præt.

Præt. Pihel, חִלֵּץ *extraxit* ex miseria, periculo, ærumna, *eripuit*, *liberavit*, secunda persona חִלַּצְתָּ.

Vers. 11.

3050 כֹּזֵב *mendax*. A כָּזַב *mentitus est*, Ben. Kal.

Vers. 12.

3051 תַּגְמוּלוֹהִי *beneficia ejus*. A גָּמַל *cumulatè retribuit*, תַּגְמוּל *retributio*, *beneficium*, pl. cum Affix. תַּגְמוּלוֹהִי, *retributiones ejus*, pro תַּגְמוּלָיו cum Affixo Chald. וֹהִי R. 149. i. e. quicquid ei rependere conor, in meam utilitatem cedit: Vel, *Omnes actiones ejus sunt super me*, h. e. me ita illi devinciunt, ut nihil magis, quàm *calicem salutum accipiam*, &c.

Psalmus 117. קיז.

3052 שַׁבְּחוּהוּ *encomiis celebrate eum*. A שָׁבַח *laudavit*, encomiis celebravit, Imp. pl. Pih. cum Affixo. In secunda sing. fœm. שַׁבְּחִי celebra, Psal. 147. 12.

Psalmus 118. קיח.

Vers. 8.

3053 לַחֲסוֹת (melius est) *ad recipiendū se*. Ab חָסָה *fidit*, *confidit*, recepit se in locum tutum Gerund. Kal, exit in וֹת R. 65.

3054 מִבְּטוֹחַ *à confidere*, i. e. non autem confidere. A בָּטַח *fidit*, *speravit*, *spem posuit*, Infin. Kal, ubi מ negationem includit, R. 41.

Vers. 10.

3055 אֲמִילַם *succidam eos*. A מוּל *præcidere*, *succidere*, *circumcidere*, Fut. Hiph. pro אֲמִילֵם cum (ַ) loco (ֵ)

Vers. 12.

3056 כִּדְבוֹרִים *sicut apes*. A דָּבַר *dixit locutus est*, Nom. fœm. דְּבוֹרָה *apis* à susurro, sicut Græcis βομβύλιος. In plur. est mascul. דְּבֹרִים *apes*. Cum כ similitudinis.

3057 דֹּעֲכוּ *extincti sunt*. A דָּעַךְ *extinctus fuit*, Præter. Pyh.

Pyh. cum ּ, ob exclusum dagesh, R.19.

3058 קוֹצִים (sicut ignis) *spinarum*, qui citò extinguitur, nec inde fiunt prunæ. A קוּץ *tædere*, קוֹץ *spina*, à tædio, quod pinguedo affert, pl. קוֹצִים.

Vers. 13.

3059 דָּחֹה *Impellendo* דָּחָה *propulit, impulit*. Infinit. Kal, incipit à (ָ) in reduplicatione sui verbi. Et in forma Gerund. לִדְחוֹת *ad impellendum*, Psal. 140.5.

3060 דְּחִיתַנִי *impulisti me*; Secunda pers. Præt. Kal, mutato ה in (י) R.66. דָּחִית, at ob *Affix*. (ָ) sub ת, à vocali Affixi excluditur, R.97. & prius (ָ) in (:) mutatur.

3061 לִנְפֹּל *ad cadendum*. A נָפַל *cecidit*, Gerund. Kal.

3062 רוֹמֵמָה (Dextra Jehovæ) *exaltata est*. Aut est Præt. Pyhal, suprà Num. 2107. aut Nom. fœm. *excelsa, elata*.

Vers. 18.

3063 יַסֹּר *Castigando*. A יָסַר *castigando erudivit*. Infinit. Pihel. cum ּ, ex forma Infinitivi Kal, R.45.

Vers. 19.

3064 פִּתְחוּ *Aperite*. A פָּתַח *aperuit*, Infin. pl. Kal.

Vers. 22.

3065 הַבּוֹנִים *ædificantes*. A בָּנָה *ædificavit*, Benoni Kal בּוֹנֶה, pl. בּוֹנִים, excluso ה, R.103. cum ה, Relativo, *qui ædificant*.

3066 פִּנָּה *anguli*, Ab inusitato פָּנַן, Nom. fœm. פִּנָּה *angulus, extremitas*. (*In caput anguli*. Metaph. quòd lapis summum angulum, vel fastigium anguli complexus est) Convenit cum פָּנָה *aspexit*, quòd ad diversa loca respiciat.

Vers. 23.

3067 נִפְלָאת (hæc fuit) *mirabilis* (res) vel, *hoc mirabile fuit*, R.28. פָּלָא *separatus, disjunctus fuit*, à cognitione, tam sensuali, quàm intellectuali, unde *mirabilis, gravis, arduus fuit*.

fuit. Præt. fœm. נִפְלָאת, pro נִפְלָאָה, ex terminat. Chald. R. 138. In prima perf. *mirabilibus* נִפְלֵיתִי *excellens factus sum*, Psal. 139. 14. Vel, *in admirationem traducor*, ubi, pro א, est (י) quasi ex פָּלָה.

Vers. 25.

3068 הַצְלִיחָה נָּא *prospera nunc*. A צָלַח, suprà Num. 35. Imper. Hiph. cum ה parag. & accentu in ultima, præter normam.

Vers. 26.

3069 בֵּרַכְנוּכֶם *benediximus vobis*. A בָּרַךְ *benedixit*, prima perf. Præt. Kal, cum Affixo, ex בֵּרַכְנוּ, mutato (ָ) in (:)

Vers. 27.

3070 אִסְרוּ *ligate*. Ab אָסַר *ligavit, vincivit*, Imper. Kal אִסְרוּ *vincite festum funibus*. Targ. טַלְיָא *agnum*, i.e. hostiam, quæ die sacro offertur. Vel, *vincite festum frondibus*, in festis enim templa frondibus ornantur; & עֲבוֹתִים *frondes* & *funes* significat. Ezech. 19. 11. *Et elevata fuit statura ejus ad inter* עֲבֹתִים *frondes*. Et cap. 31. 3. *Et inter* עֲבֹתִים *ramos fuit frons ejus*. LXX. *Constituite diem solennem in condensis*.

PSALMUS 119. קיט.

Vers. 5.

3071 אַחֲלַי *Utinam*. Ab inusitato אָחַל, fit אַחֲלַי *utinam*, precantis & optantis vox. Schindlero est nomen אַחֵל *preces*. Cum Affixo אַחֲלַי *Preces meæ fac ut dirigantur*, &c.

Vers. 6.

3072 בְּהַבִּיטִי *in intuendo me*, i.e. cùm intueor. A נָבַט *intuitus est*, Gerund. Hiph. cum Affixo, excluso נ, R. 69.

Vers. 7.

3073 בְּלָמְדִי *in discendo me*. A לָמַד *didicit, assuevit*. Infin. Kal לָמוֹד. at, ob Affix. ו transit in (ָ) R. 98.

Vers. 9.

Vers. 9.

3074 יְזַכֶּה *emundabit.* A זָכָה *purus, mundus fuit,* Futur. Pih.

Vers. 10.

3075 תַּשְׁגֵּנִי *sinas me errare.* A שָׁגָה *erravit.* Fut. Hiph. abjecto ה. ob Affix.

Vers. 14.

3076 שַׂשְׂתִּי *lætatus sum.* A שׂוּשׂ *gaudere, lætari,* Præt. Kal, שָׂשׂ *lætatus est,* & Partic. שָׂשׂ *gaudens,* Psal. 119.162. In prima persona שַׂשְׂתִּי, cum (ָ) loco (ַ) ob pausam.

Vers. 16.

3077 אֶשְׁתַּעֲשָׁע *oblectabo meipsum.* A שָׁעָה *aspexit, cum delectatione intuitus est,* Fut. Hiph. repetitâ primâ & secundâ radicali, & abjectâ tertiâ, אֶשְׁתַּעֲשַׁע *oblectabor,* per Metathesin literarum שׁ & ת, R. 47. n. 1. In pausa אֶשְׁתַּעֲשָׁע. Cum Præfix. וְאֶשְׁתַּעֲשַׁע & *oblectabo meipsum,* v. 47.

Vers. 17.

3078 גְּמֹל *Beneficium confer.* A גָּמַל *cumulatè retribuit,* Imp. Kal גְּמוֹל. Targ. שַׁלֵּם טָב *retribue bonum.*

Vers. 18.

3079 גַּל *Retege.* A גָּלָה *revelavit, denudavit,* Imper. Pihel. per Apocopen ה, R. 67. גַּל *revela,* pro גַּלֵּה. At vers. 22. גַּל *devolve,* vel *remove,* à me *opprobrium,* est Imp. Kal, à גָּלַל *volvit, devolvit* per Syncopen, R. 70. pro גְּלֹל, suprà Num. 1432.

Vers. 20.

